
BOTANIK.

O. Germania.



= Lie Henckel v. Donnersmarck

ad bibliothecam
Dr. H Schultz Brg. 1840.



2.

Vnicum praemium,
sed immortale.



Leysera gnaphalodes.

FRIDERICI WILHELMI a LEYSSER

MAXIMI BORVSS. REG. RERVM CAMERAL. ET REDIT. CONSILIARII, PHIL. DOCT. SOCIET. NAT. CVRIOS. HAL. PRAES. ET BEROL. MEMBRI

FLORA HALENSIS


EXHIBENS

PLANTAS

CIRCA

HALAM SALICAM CRESCENTES

SECVNDVM



SYSTEMA SEXVALE LINNEANVM

DISTRIBVTAS.

EDITIO ALTERA AVCTA ET REFORMATA.

HALAE SALICAE

SVMTIBVS AVCTORIS

MDCCLXXXIII.

Typis C. G. Taeubel.

PERILLVSTRI
EXCELLENTISSIMO
ATQVE
GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO FRIDERICO
WILHELMO
a BIEDERSEE
IN BVLLENSTAEDT, ILBERSTAEDT REL.
MAXIMI BORVSSORVM REGIS
CONSILIARIO REGIMINIS IN DVCATV
MAGDEBVRGENSI, COLONIARVM PALATINORVM
IN EODEM DVCATV COMMISSARIO,

FAVTORI, AMICO OMNI
PIETATIS CVLTV AD CINERES VSQVE
PROSEQVENDO.

VIR PERILLVSTRIS EXCELLENTISSIME

ATQVE

GENEROSISSIME

Primae editioni Florae Halenſis a me conſcriptae Praeclarum atque Honorificum Tvvm Nomen praefigere auſus ſum,

 nec

nec ſplendidiſſimum TVVM opuſculo meo denegaſti patrocinium.

Vaſtiſſima naturalium rerum ſcientia non amatorem tantum, ſed etiam cultorem, promotorem, ornatorem TE ſemper eſt venerata. Naturae hiſtoriam in ipſa natura didiciſti, diuinaeque ſapientiae veſtigia propriis ſcrutatus es laboribus. Etiam nunc TIBI, ingraueſcentibus annis, grauiſſimis reipublicae negotiis obruto, notationes naturae et animaduerſiones ſubſeciuis horis ſunt oblectamento.

TV quondam adoleſcentem me ſingulari iamiam dignatus es beneuolentia, et in

hunc

hunc vsque diem candidiſſima ſemper amplexus es amicitia. Veniam igitur me fore impetraturum ſpero, nouam hancce magisque expolitam Floram dum TIBI conſecro. Feliciſſimum me praedicabo et ſummum impenſi laboris erit mihi praemium, ſi leui huic opuſculo calculum adiicere et ſplendidiſſimo TVO patrocinio non plane indignum illud iudicare haud dedignaberis. Sane hoc ardentiſſimos mihi admouebit ſtimulos ad naturalium rerum ſtudium, ſi vita mihi contigerit, amplius excolendum.

Denique ad ſummum Numen ſupplices mitto preces, vt TE ſaluum et inco-

lumem

lumem ad vltima vsque mortalium tempora ſeruare velit. Mihi vero, quod hactenus ingenue feciſti, vt etiam in poſterum fauere pergas, etiam atque etiam rogo

PERILLVSTRIS
EXCELLENTISSIMIQVE
NOMINIS TVI

HALAE SALICAE
MENSE JUNIO
MDCCLXXXIII.

DEVOTISSIMVS CVLTOR
FRIDERICVS WILHELMVS a LEYSSER.

PRAEFATIO.

Trado tibi iam in manus, Lector Beneuole, alteram Florae Halenſis editionem, auctam et reformatam. Auctam nempe, ſi priorem conferas editionem, 160 nouis ſpeciebus ad finem cuiuscumque numeratis, quae computatae cum 143 nouis in priore occurrentibus numerum 303 ſpecierum adaequant a Florae noſtrae ſcriptoribus anteceſſoribus meis nondum obſeruatarum.

Diſpoſui plantas eo ordine, quo in tabulis ſynopticis cuique claſſi praefixis in *Linné ſyſtemate plantarum* 4 tomis forma octaua a *Reichardo* 1779 et 1780 edito genera ſeſe inuicem excipiunt; quippe qui, cum naturae legibus conuenientiſſimus ſit, etiam ad examinandas plantas aptiſſimus eſt et maxime adaequatus.

Eſſentiales generum characteres interdum, quantum ex propriis obſeruationibus fieri potuit, emendaui. Specierum differentias immortalis a Linné retinui, nec, niſi ſumma vrgente neceſſitate et ipſa ſic dictitante natura immutaui. Plantarum autem in praedicto ſyſtemate non occurrentium differentias ex aliis auctoribus iisque claſſicis deſumſi, paucas, ex illis non deſumendas, ipſe condidi. Varietates ſtudioſe notaui, ne confunderent lectorem, et ſynonymis vel notis ad diſtinguendas eas ſufficientibus ſeparatas propoſui.

In

In primis vero natale cujuscumque plantae ſolum locumque ſpecialiſſimum, quantum ſine maximis fieri potuit ambagibus, accuratiſſime indigitaui; vt libellus in herbationibus ad diſtinguendas et cognoſcendas plantas ſemper fere ſufficiat. Plantam enim ignotam occurrentem determinaturus, ſi, in ſyſtemate bene verſatus, examen genericum cum ſpecifico inſtituat, ſimulque ad locum natalem tempusque florendi reſpiciat, incertus vix dimittetur vmquam. Quam ob cauſſam etiam aberrationes nonnullarum ſpecierum a generum characteribus, quantum ex minime dubiis mihi innotuit obſeruationibus, ſedulo notaui. Monendum tamen vltimas notas, loci nimirum temporisque, neglectis prioribus genericis et ſpecificis, lubricas tantum eſſe atque fallaces. Nec minus frequentiam praetereundam exiſtimaui et in officinalibus nomen pharmaceuticum adpoſui partesque, quae in medicum trahuntur vſum, enumeraui.

Plantas a Florae ſcriptoribus anteceſſoribus meis, inter quos *Knauth* et *Buxbaum* eminent, enumeratas, mihi vero nondum obuias, Florae quidem noſtrae, adſcriptis nominibus, quibus ab illis inſignitae ſunt, inſerui, hacque ratione ſemper auctores, a quibus quondam obſeruatae fuere, quaſi teſtes in rem praeſentem aduocaui.

In Vmbellatarum generibus immortalem a Linné adhuc ſequutus ſum, licet ſaepe vacillantes eſſe eius characteres non ſit negandum. Recentiorum obſeruata, detecta, inuenta etiam commenta

menta me non fugiunt, minime vero mihi ſatisfaciunt. Dies diem docebit, vsque dum tandem certi et naturae legibus conſentanei limites detegantur in familia hac plantarum naturaliſſima.

Secus agendum exiſtimaui in Muſcis frondoſis, quos ſecundum Clariſſ. *Hedwigii* methodum diſpoſui, cuius rationem dedi ad n. 1047. Ab omni innouatione, niſi ipſa dictitante natura, alienus, in animo quidem habui muſcorum frondoſorum genera Summi a Linné, cuius cineres veneror, hinc inde emendanda retinere, hac autem ratione nullo modo ad propoſitum peruenire potui finem, ſed ſummis difficultatibus irretitus ſententiam mutare ſum coactus.

Fungos e vegetabili regno plane exſtirpandos et ad animale referendos eſſe nonnulli recentiorum contendunt. Omnes rationes, quibus haec inniti videtur ſententia, erudite collectae et fuſius propoſitae ſunt a Clariſſ. *Weis* plant. cryptog. Fl. Goetting. p. 1—9, ſed fateri cogor, omnia ab egregio auctore adducta mihi pro ſtabilienda hac ſententia minime ſatis eſſe. Ponderata ſunt ſingula haec argumenta, et, vt mihi quidem videtur, abunde refutata a Cel. *Lidbeck* in diſſ. fungos regno vegetabili vindicante, reſp. Dryander, Lond. Goth. 1776; quam ob cauſſam fungos, vsque dum certiora innoteſcant, Florae noſtrae cenſui eſſe adnumerandos.

Chronologiam et Topologiam adieci, vteo melius quilibet herbationem facturus, quorſum iter

iter plantarum desideratarum caussa dirigat, facile habeat perspectum.

Denique omnibus amicis botanicis, masculis Florae cultoribus, debitas easque maximas persoluo gratias pro singulari erga me beneuolentia, qua nouas detectas species et acutissimas obseruationes mecum communicare haud recusarunt. Inter hos palmas omnibus praeripuit amicissimus *Junghans* Med. D. et Practicus vrbis nostrae felicissimus, Botanices demonstrator, horti academici praefectus et societ. nat. curios. Halens. membrum, cui non solum complures nouas species, quibus ad augmentum et splendorem Florae contulit, sed etiam, quae plantarum vsum attinent medicum, omnia debeo. Nec tacendus *Ioh. Gottl. Schaller* societ. nat. curios. Hal. membrum, qui, vt in tota naturali scientia, ita praesertim in insectorum et plantarum notitia indefesso studio solidam sibi comparauit cognitionem.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

HIPPVRIS. *Linn. gen.* 11.

Cal. minimus, coronans ſemen. *Cor.* o.

1. HIPPVRIS *vulgaris* foliis octonis ſubulatis. *Linn. ſuppl.* 81.

In foſſis et piſcinis ad *Paſſendorf*, *Bruckdorf*, *Dieskau* et alibi copioſe; ad ripas Salae *auf der kleinen Wieſe* paſſim: Maio.

SALICORNIA. *Linn. gen.* 10.

Cal. 1-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 2-fidum.

2. SALICORNIA *herbacea* herbacea patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Linn. ſyſt.* 1. *p.* 8.

Ad piſcinas prope *Dieskau*, *Kelme*, *Langenbogen* paſſim; *an der Salzke*, ad lacum ſalſum prope *Seeburg* copioſiſſime; Auguſto.

Officin. SALICORNIAE Herba.

Stamen vnicum tantum numeraui, alii duo viderunt.

DIGYNIA.

CALLITRICHE. *Linn. gen.* 13.

Cal. o. *Cor.* 2-petala. *Capſ.* 2. locularis.

3. CALLITRICHE *verna* foliis ſuperioribus oualibus, floribus androgynis. *Linn. ſyſt.* 1. p. 10.

α. Alſine aquis innatans, foliis longiuſculis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 777.

β. Callitriche Plinii. *Col. ecphr.* 1. *p.* 315. *t.* 316.

In *foſſis*, *aquis quietis* copioſiſſime; Maio, Iunio.

Flores maſculi ſuperiores, *feminei* inferiores. Autumno ſaepe refloreus cum C. *autumnali* non confundenda.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. Flores inferi, 1-petali, regulares.

LIGVSTRVM. *L. g.* 18.

Cor. 4-fida. *Antherae* longitudine fere corollae: *Bacca* 4-ſperma.

4. LIGVSTRVM *vulgare. L. ſ.* 1. *p.* 18.
In *ſepibus*, *dumetis*, *nemoribus* copioſiſſime; Iunio.
Officin. LIGVSTRI Folia, Flores.

SYRINGA. *L. g.* 22.

Cor. 4-fida. *Anther.* paruae intra tubum corollae. *Capſ.* 2-locularis.

5. SYRINGA *vulgaris* foliis ouato-cordatis. *L. ſ.* 1. *p.* 20.
α. S. caerulea. *Bauh. pin.* 398.
β. Lilac flore albo. *Tourn. inſt.* 601.
In *muris vrbis*, *ſepibus* frequens; in nemore *Sebenſi* rarius: Maio.

b. Flores inferi, 1-petali, irregulares. Fructus capſulares.

VERONICA. *L. g.* 26.

Cal. 4-partitus. *Cor.* limbo 4-partito: *lacinia* infima anguſtiore. *Capſ.* 2-locularis, cordata.

* *Spicatae.*

6. VERONICA *maritima* ſpicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ſerratis. *L. ſ.* 1. *p.* 24.

In

In *pratis nemorosis*, *dumetis*, ad ripas Salae *in den Pulverweiden* frequens; Iulio, Augusto.

7. VERONICA *spicata* spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo. *L. s.* 1. *p.* 25.

In campestribus elatis ad *Giebichenstein*, *Cröllwitz*, in nemorosis *in der Peissnitz*, ad *Seben*, *Gutenberg*, *in der Heide* et alibi frequens; Iulio.

Variat caule foliisque magis minusue tomentos. caule ramoso, spic. pluribus; cuius singular. variet. V. *hybrldae* similis ad *Rosleben*, *Wangen*. *Flor. hal. r. p.* 223. *n.* 7.

8. VERONICA *officinalis* spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *L. s.* 1. *p.* 26.

In pomoerio *am Galgthor* rarius; in syluestribus *in der Heide*, ad *Doelau*, nemoribus ad *montem serenum* frequens; ad *Loebechün* passim; Iunio, Iulio.

Officin. VERONICAE Herba.

* * *Racemosae.*

9. VERONICA *serpillifolia* racemo terminali subspicato, foliis ouatis glabris crenatis. *L. s.* 1. *p.* 29.

In *pratis*, *pascuis*, ad vias circa *inundata* frequens; in *cultis* rarius: Maio.

10. VERONICA *Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ouatis planis, caule repente. *L. s.* 1. *p.* 30.

In *fossis*, *riuulis* purioribus, ad *scaturigines* copiose; Iunio, Iulio.

Officin. BECCABVNGAE Herba.

11. VERONICA *Anagallis aquatica* racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *L. s.* 1. *p.* 30.

In *fossis*, *riuulis* frequens; Iunio.

12. VERONICA *scutellata* racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *L. s.* 1. *p.* 30.

In inundatis vliginosis fossis *hinter Cröllwitz nach der Heide zu*, ad *Nietleben*, *Doelau*, *Liebenau* et alibi passim: Iulio.

13. Veronica *Teucrium* racemis lateralibus longiſſimis, foliis ouatis rugoſis dentatis obtuſiuſculis, caule erecto. *L. ſ.* 1. *p.* 31.

α. Teucrii IV. tertia ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 349.

β. Teucrium IV. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 349.

α. In *pratis, dumetis, nemoroſis*; β. ad lapidicinam *auf der Gimritzer Wieſe* frequens: Iunio.

Officin. Veronicae Tevcrii folio Herba.

β. Differt *caulibus* adſcendentibus; *foliis* latioribus ſubcordatis amplexicalibus profundius ſerratis, interdum laciniatis; *floribus* maioribus ſpecioſis ſuturatius caeruleis.

14. Veronica *proſtrata* racemis lateralibus, foliis ouato-oblongis ſerratis, caulibus proſtratis. *L. ſ.* 1. *p.* 32.

In collibus apricis gramineis ad *Cröllwitz*, *Seben, in und bey der Heide*, ad *Loebechün* et alibi frequens; Maio. 1.

15. Veronica *Chamaedrys* racemis lateralibus, foliis ouatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule bifariam piloſo. *L. ſ.* 1. *p.* 33.

In *pomariis, pratis* tranquillis, *dumetis*, ad *ſepes, pagos* vulgatiſſima; Maio.

* * * *Pedunculis vnifloris.*

16. Veronica *agreſtis* floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo breuioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 35.

In *areis hortorum, aruis, agris* frequens; Aprili.

17. Veronica *aruenſis* floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 36.

In *hortis, aruis, pratis* paſſim; Aprili.

18. Veronica *hederaefolia* floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *L. ſ.* 1. *p.* 36.

In *agris, aruis, cultis* copioſiſſime; Aprili.

19. Veronica *triphyllos* floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 37.

In *agris, cultis* copioſe; Aprili.

20. VERONICA *verna* floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce breuioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 37.

In *aridis, apricis, ſterilibus* paſſim; Aprili, Maio.

GRATIOLA. *L. g.* 30.

Cal. 5-partitus. *Cor.* limbo 4-partito, irregulari. *Stam.* 4: 2 ſterilia. *Capſ.* 2-locularis, ouata.

21. GRATIOLA *officinalis* foliis lanceolatis ſerratis, floribus pedunculatis. *L. ſ.* 1. *p.* 47.

In pratis humidiuſculis *im Görz bey Wörmlitz, ad Beeſen, Lettin, Lochau* paſſim; Iulio.

Officin. GRATIOLAE Herba.

VTRICVLARIA. *L. g.* 34.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* ringens, calcarata. *Capſ.* 1-locularis.

22. VTRICVLARIA *vulgaris* nectario conico, ſcapo paucifloro. *L. ſ.* 1. *p.* 51.

In ſtagnis ad *Schönefeld* prope *Lipſiam* rarius; Iulio: in *pomoeriis* et ad *Paſſendorf*, vbi olim lecta, euanuit.

c. Flores inferi, 1*-petali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

VERBENA. *L. g.* 35.

Cal. 5-dentatus: denticulo ſuperiore intermedio truncato. *Cor.* ſubaequalis, curua: *limbo* ſemi-5 fido. *Stam.* ſaepe 4.

23. VERBENA *officinalis* tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. *L. ſ.* 1. *p.* 55.

In *ruderatis, ad vias, ſepes* frequens; Iulio, Auguſto.

Officin. VERBENAE Herba.

Stam. 4: 2.-bus longioribus, hinc didynama.

LYCOPVS. *L. g.* 36.

Cor. ſubaequalis: *limbo* 4-fido; lacinia ſuperiore emarginata. *Stam.* diſtantia.

24. Lycopvs *europaeus* foliis ſinuato - ſerratis. *L. ſ.* 1. *p.* 56.

In foſſis riuulis piſcinis ad *Diemitz*, *Nietleben*, *Dölau* et alibi frequens; Iulio.

SALVIA. *L. g.* 42.

Cal. 2 - labiatus ⅔. *Cor.* ringens, inaequalis. *Filam.* transuerſe pedicello adfixa.

25. Salvia *ſyluestris* foliis cordato-lanceolatis vndulatis biſerratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore breuioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 63.

Ad margines agrorum et vinearum ad *Langenbogen*, *Kelme*, *Rulsdorf*, *Löbechün* frequens; inter ſegetes ad *Riedeburg* rariſſime: aeſtate.

26. Salvia *nemoroſa* foliis cordato-lanceolatis ſerratis planis, bracteis coloratis, corollae labio infimo reflexo. *L. ſ.* 1. *p.* 64.

Horminum ſylueſtre ſaluifolium minus. *Bauh. pin.* 239. *Rupp. ien.* 3. *p.* 221.

Ad vias et in coemiteriis *bey Erdeborn*, *Alſtät* paſſim; aeſtate. ♃.

27. Salvia *pratenſis* foliis cordato - oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. *L. ſ.* 1. *p.* 65.

In *pratis, verſuris, collibus* copioſe; in pratis ad *Eisdorf* copioſiſſime; Iunio.

28. Salvia *Verbenaca* foliis ſerratis ſinuatis laeuiuſculis, corollis calyce anguſtioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 66.

Sclarea hiſpanica. *Tabern. icon.* 374. *Rupp. ien.* 3. *p.* 222.

In

In ruderatis coemiteriis ad pagos prope *Rulsdorf*, *Erdeborn*, *Alſtät* paſſim; Iulio, Auguſto.

Hanc et *nemoroſam* mihi nondum obuias, *Ruppio* teſte, Florae noſtrae ciuibus adnumero; licet haec, ob citatam iconem *Tabern.* ad S. *hiſpanicam* potius pertinentem, adhuc dubia ſit.

d. *Flores ſuperi.*

CIRCAEA. *L. g.* 25.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* 2-petala, obcordata.

29. Circaea *lutetiana* caule erecto, racemis pluribus, foliis ouatis. *L. ſ.* I. *p.* 23.

In nemoribus vmbroſis ad *Seben* rarius, ad *Liebenau*, *Zöſchen*, *Schkeuditz*, *Brena* frequens: Iulio, Auguſto.

DIGYNIA.

ANTHOXANTHVM. *L. g.* 46.

Cal. gluma 2-ualuis, 1-flora. *Cor.* gluma 2-ualuis, ariſtata.

30. Anthoxanthvm *odoratum* ſpica ouato-oblonga, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *L. ſ.* I. *p.* 74.

In *pratis*, *paſcuis*, *nemoribus*, ad *vias* vbique; Aprili, Maio.

CLASSIS. III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. Flores superi.

VALERIANA. *L. g.* 48.

Cal. o. *Cor.* 1-petala: *tubo* gibbo; *limbo* 5-fido. *Sem.* 1.

31. VALERIANA *dioica* floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *L. f.* 1. *p.* 85.
   α. ♂ Valeriana minor. *Riv. monop.* 2.
   β. ♀ Valeriana flore exiguo. *ibid.*

In pratis humidis et vliginosis ad *Seben*, *Gutenberg*, *Teicha* frequens; Maio.

32. VALERIANA *officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *L. f.* 1. *p.* 86.

In pratis et nemorosis humidis *in den Pulverweiden*, ad *Passendorf*, *Seben*, *Gutenberg* et alibi frequens; Iunio.

Officin. VALERIANAE MINORIS Radix.

33. VALERIANA *Locusta* floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *L. f.* 1. *p.* 89.
   α. Valeriana campestris inodora maior. *Bauh. pin.* 165. *Raj. hist.* 392.
   β. Lactuca agnina, s. Valerianella, foliis serratis. *Raj. hist.* 392.

In *agris*, *cultis* frequens; Maio.

IRIS. *L. g.* 65.

Cal. spatha. *Cor.* 6-partita: petalis alternis reflexis. *Stigma* 3-partitum, petaliforme.

34. Iris *germanica* corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *L. ſ.* 1. *p.* 105.

α. Iris germanica. *Fuchſ. hiſt.* 317.

β. Pygmaea palmaris, vix ſpithamalis.

α. In editioribus *in der Heide* rarius; in nemoribus ad *Dölau*, *Liſskau*, *in dem Rocken-und Mittelholze*, ad *Löbechün* paſſim: β. in *muris limoſis* circa vrbem et pagos frequens; Maio.

Officin. Iridis nostratis Radix.

35. Iris *Pſeudacorus* corollis imberbibus: petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *L. ſ.* 1. *p.* 107.

Ad ripas *Salae*, foſſarum piſcinarum circa *Paſſendorf*, et alibi frequens; Maio.

Officin. Acori palvstris Radix.

36. Iris *ſibirica* corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti; foliis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 108.

In pratis humidiuſculis ad *Seben*, *in der Heide unter dem Heideberge*, ad *Canena*, *Wieskau*, *Loderſleben* rarius; Maio.

GLADIOLVS. *L. g.* 63.

Cor. 6-partita, ringens: *petal.* 3 ſuperioribus conuergentibus. *Stam.* adſcendentia.

37. Gladiolvs *communis* foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. *L. ſ.* 1. *p.* 100.

In pratis ſyluaticis et nemoroſis *in der Heide*, *im Mittelholze* rarius; ad *Löbechün* paſſim; Iunio.

Officin. Victorialis rotvndae Radix.

b. Flores inferi.

POLYCNEMVM. *L. g.* 59.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alternis minoribus,

bus, perſiſtens. *Cor*, o. *Sem.* 1. membrana tenuiſſima veſtitum.

38. POLYCNEMVM *aruenſe.* *L. ſ* 1. *p.* 96.
In editis duris apricis ad *Giebichenſtein* paſſim; ad *Gutenberg*, *Kelme*, *Teutſchenthal*, *zwiſchen Benſtädt und der ehemaligen Langenbogenſchen Mühle* rarius: Iulio, Auguſto.

c. *Flor. graminei, valuulis glumae calycinae.* Gramina.

SCHOENVS. *L. g.* 71.

Cal. 1-ualuis: *glumis* paleaceis congeſtis. *Cor*, o. *Sem.* 1, ſubrotundum.

39. SCHOENVS *albus* culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. *L. ſ.* 1. *p.* 122.
In paludoſis ad *Dölau* frequens; Iulio, Auguſto. 3.

CYPERVS. *L. g.* 72.

Cal. 1-ualuis: *glum.* paleaceis, diſtiche imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1, triquetrum, nudum.

40. CYPERVS *flaueſcens* culmo triquetro nudo, vmbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. *L. ſ.* 1. *p.* 127.
In *inundatis*, *pratis* humidis, ad *vias* frequens; Iulio.

41. CYPERVS *fuſcus* culmo triquetro nudo, vmbella trifida, pedunculis ſimplicibus, ſpicis confertis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 127.
Cum *praecedente* rarius; Iulio.

SCIRPVS. *L. g.* 73.

Cal. 1-ualuis: *glum.* paleaceis vndique imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1, triquetrum, villis calyce breuioribus inſtructum.

* *Spi-*

* *Spica vnica.*

42. Scirpvs *paluſtris* culmo tereti nudo, *ſpica* ſubouata terminali. *L. ſ.* 1. *p.* 130.

α. Sc. caule tereti, ſpica nuda pauciflora glumis calycinis longiore. *Hall. helv.* 1335.

β. Sc. caule tereti, ſpica vnica tereti multiflora. *l. c.* 1336.

In pratis paſcuis *locis inundatis*, *ripis* foſſarum piſcinarum copioſiſſime; Maio.

α. *Culmus* vix ſemipedalis. *Folia* radicalia culmum ſaepe aequantia, etiam ſuperantia. *β.* *Culmus* dodrantalis, pedalis et vltra. *Folia* rariſſima.

43. Scirpvs *acicularis* culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ouata terminali biualui, feminibus nudis. *L. ſ.* 1. *p.* 132.

Ad latera foſſarum *auf der groſſen Wieſe*, ad piſcinas prope *Bitterfeld*, copioſe: aeſtate.

Ob *ſemen* villis carens ad Schoeni genus potius referendus.

* * *Culmo tereti polyſtachio.*

44. Scirpvs *lacuſtris* culmo tereti nudo, ſpicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. *L. ſ.* 1. *p.* 132.

In foſſis et aquis ſtagnantibus ad *Paſſendorf* et alibi frequens; aeſtate.

45. Scirpvs *ſetaceus* culmo nudo ſetaceo, ſpica terminali ſeſſili. *L. ſ.* 1. *p.* 134.

In paludoſis ad *Dölau*, *wenn man aus der Heide kommt*, ad piſcinas prope *Bitterfeld* frequens; aeſtate.

46. Scirpvs *caricis* culmo ſubnudo ſubtriquetro, ſpica diſticha, inuolucro monophyllo. *Retz. prodr.* 11. Schoenus *compreſſus.* *L. ſ.* 1. *p.* 121.

In pratis humidis inter *Trotha* et *Seben* copioſe in nemoribus humidis ad *Löbechün* rarius: Iunio. 4.

Ad

Ad Scirpi genus pertinet, ob fetas fex femen circumuallantes.

* * * *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

47. Scirpvs *maritimus* culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, fpicularum fquamis trifidis: intermedia fubulata. *L. f.* 1. *p.* 138.

α. S. maritimus fpicis feffilibus. *Scop. carn.* 2. *n.* 57.

β. S. maritimus fpicis feffilibus et pedunculatis. *ibid.*

In foffis et paludibus verfus *Paffendorf* copiofiffime; *β.* frequentius ad riuulum falfum prope *Giebichenftein, an der Salzke;* Iunio.

48. Scirpvs *fyluaticus* culmo triquetro foliofo, vmbella foliacea, pedunculis nudis fupradecompofitis, fpicis confertis. *L. f.* 1. *p.* 139.

In nemorofis humidis ad *Paffendorf*, *Seben*, *Gutenberg* et alibi copiofiffime; Iunio.

ERIOPHORVM. *L. g.* 74.

Cal. 1-ualuis: *glumis* paleaceis vndique imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1, villis fpica longioribus cinctum.

49. Eriophorvm *polyftachion* culmis teretibus, foliis planis, fpicis pedunculatis. *L. f.* 1. *p.* 143.

α. Linagroftis panicula ampliore. *Tourn. inft.* 664.

β. Linagroftis panicula minore. *ibid.*

γ. Linagroftis paluftris anguftifolia, panicula fparfa, pappo rariore. *Scheuchz. gram.* 308.

In pratis vliginofis ad *Seben*, *Gutenberg*, *Nietleben*, et alibi copiofe; Maio.

NARDVS. *L. g.* 75.

Cal. o. *Cor.* 2-ualuis. *Sem.* corolla adnata tectum.

50. Nardus *stricta* spica setacea recta secunda. *L. s.* 1. *p.* 144.

In asperis duris sterilibus etiam subhumidis *hinter der Papiermühle*, *hinter Nietleben* ad *Granau*, *Dölau* et alibi copiosissime; Iunio, Iulio.

DIGYNIA.

a. *Gramina, spiculis* 1 *-floris, vagis.*

PANICUM *L. g.* 82.

Cal. 3-ualuis: valuula tertia dorsali minima. *Cor.* 2-ualuis.

51. Panicum *verticillatum* spica tereti glomerata, inuolucellis vnifloris bisetis retrorsum scabris, culmis diffusis. *L. s.* 1. *p.* 153. *Schreb. spicil.* 43.

In *cultis*, *hortis* vulgare; aestate. 5.

52. Panicum *viride* spica tereti glomerata, inuolucellis vnifloris bisetis inermibus. *L. s.* 1. *p.* 154. *Schreb. spicil.* 44.

In *hortis*, *cultis oleraceis*, *muris limosis* copiose; aestate. 6.

53. Panicum *glaucum* spica tereti, inuolucellis vnifloris fasciculato-setosis, feminibus vndulato-rugosis, culmis diffusis. *L. s.* 1. *p.* 153. *Schreb. spicil.* 44.

In *agris* copiosissime; in *cultis* frequens; ad *versuras*, *in der Heide* passim: aestate. 7.

54. Panicum *crus galli* spicis alternis-coniugatisque, spiculis subdiuisis, glumis aristatis hispidis. *L. s.* 1. *p.* 155.

α. Gramen paniceum, s. panicum syluestre, spica diuisa. *Bauh. theatr.* 136.

β. Gramen paniceum, s. panicum syluestre aristis armatum. *l. c.* 137.

In

In *hortis*, *cultis* praefertim ftercoratis copiofe; aeftate.

Panicularum *rachin* femper trigonam, nec vmquam quinquangularem vidi. Conf. *Weig. obf.* 22.

55. Panicvm *fanguinale* fpicis digitatis bafi interiore nodofis, flofculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *L. f.* 1. *p.* 157.

In *cultis*, *hortis* frequens; aeftate.

ALOPECVRVS. *L. g.* 84.

Cal. 2-ualuis. *Cor.* 1-ualuis, apice fimplici, e dorfo prope bafin ariftata.

56. Alopecvrvs *pratenfis* culmo fpicato erecto, glumis villofis. *L. f.* 1. *p.* 165.

In *pratis* depreffis, *pomariis* copiofe; Maio, Iunio.

57. Alopecvrvs *agreftis* culmo fpicato erecto, glumis laeuibus. *L. f.* 1. *p.* 165.

In *agris*, *cultis*, collibus et verfuris ad *Kelme*, *Rulsdorf* paffim; aeftate.

58. Alopecvrvs *geniculatus* culmo fpicato infracto. *L. f.* 1. *p.* 165.

In *foffis*, *riuulis*, *inundatis*, *pifcinis* copiofiffime; Maio et per totam aeftatem.

PHLEVM. *L. g.* 83.

Cal. 2-ualuis, linearis, aequalis, truncatus: *apice* bicufpidato. *Cor.* 2-ualuis, mutica.

59. Phlevm *pratenfe* fpica cylindrica longiffima ciliata, culmo erecto. *L. f.* 1. *p.* 162.

In *pratis* et *verfuris* locis humidis, ad *foffas* frequens; aeftate.

60. Phlevm *nodofum* fpica cylindrica, culmo adfcendente, foliis obliquis, radice bulbofa. *L. f.* 1. *p.* 163.

In

In *verfuris*, ad *vias*, *margines nemorum* copiofe; aeftate, 8.

PHALARIS. *L. g.* 80.

Cal. 2-ualuis: valuulis carinatis, longitudine aequalibus, *corollam* includentibus.

61. Phalaris *phleoides* panicula cylindrica fpiciformi glabra: paffim viuipara. *L. f.* 1. *p.* 149.

In aridis *fuburbanis*, *muris limofis*, pratis ficcis ad *Seben*, *Gutenberg*, *in der Heide* paffim; Iunio, Iulio.

62. Phalaris *arundinacea* panicula oblonga ventricofa ampla. *L. f.* 1. *p.* 150.

Ad ripas *Salae*, *foffarum pifcinarum* copiofiffime; Iunio.

MILIVM. *L. g.* 85.

Cal. 2-ualuis: valuis fubaequalibus, ventricofis. *Cor.* 2-ualuis, ouata, breuiffima: valuula altera minore. *Stigmata* penicilliformia.

63. Milivm *effufum* floribus paniculatis difperfis muticis. *L. f.* 1. *p.* 168.

In nemoribus vmbrofis ad *Seben*, *Liebenau* et alibi paffim; Iunio.

AGROSTIS. *L. g.* 86.

Cal. 2-ualuis: valuulis acutis. *Cor.* 2-ualuis, acuminata, *Stigmata* longitudinaliter hifpida.

* *Ariftatae.*

64. Agrostis *Spica venti* petalo exteriore arifta recta ftricta longiffima, panicula patula. *L. f.* 1. *p.* 169.

In

In agris praesertim secalinis *inter segetes* copiose; Iulio.

65. Agrostis *arundinacea* panicula oblonga, petalo exteriore basi villoso aristaque torta calyce longiore. *L. s.* 1. *p.* 171.

In nemoribus *am Petersberge*, ad *Löbechün* frequens; Iunio. 9.

66. Agrostis *canina* calycibus coloratis, petalorum arista dorsali recurua, culmis prostratis subramosis. *L. s.* 1. *p.* 173.

In humidiusculis *pratis, pascuis, pomariis* passim; Iulio. 10.

67. Agrostis *alpina*, foliis setaceis, panicula coarctata, calycibus hispidiusculis coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata.

Auena monantha paniculata, gluma calycina exasperata, arista flori aequali. *Hall. helv.* 1477.

In montosis ad *Cröllwitz hinter der Papiermühle* copiose; Iulio. 11.

* * *Muticae.*

68. Agrostis *stolonifera* paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. *L. s.* 1. *p.* 173.

In versuris ad *Diemitz* et alibi frequens; Iunio. 12.

69. Agrostis *capillaris* panicula capillari patente, calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *L. s.* 1. *p.* 174.

α. Gramen montanum, panicula spadicea delicatiore. *Bauh. prodr.* 6.

β. Gr. mont. pan. spad. delic. maius. *ibid.*

γ. Agrostis *capillaris* spiculis viuiparis. *Leers herborn.* 54. *t.* 4. *f.* ✝

α. In *pratis*, *pomariis*, *nemorosis* copiose; β. in nemoribus praesertim ad *Löbechün*; γ. *in der Heide in der Allee* passim: aestate.

Petalum alterum, licet minimum, tamen vtique praesens.

70. Agro-

70. Agrostis *alba* panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente. *L. s.* 1. *p.* 175.

α. Gramen miliaceum maius, panicula spadicea. *Raj. angl.* 3. *p.* 404.

β. Gr. mil. maius, pan. viridi. *ibid.*

In *pratis*, *pomariis*, *nemorosis* frequens; aestate.

71. Agrostis *pumila* panicula mutica secunda; culmis fasciculatis erectis. *L. s.* 1. *p.* 175.

Inter A. *stoloniferam* passim; Iunio, Iulio. 13.

Neutiquam vstilago A. stoloniferae videtur, vt putant *Ehrhart* et cum eo *Retzius Prodr.* 81, licet forte eiusdem tantum varietas.

STIPA. *L. g.* 96.

Cal. 2-ualuis. *Cor.* 2-ualuis: *valuula exteriore* arista terminali, tortili, longissima.

72. Stipa *pennata* aristis lanatis. *L. s.* 1. *p.* 218.

In montosis apricis *in der Heide*, *im Lindberg*, ad *Kelme*, *Cröllwitz*, *im Rockenholze* et alibi frequens; Maio.

73. Stipa *iuncea* aristis nudis rectis, calycibus semine longioribus, foliis intus glabris. *L. s.* 1. *p.* 218.

Ad vias et in collibus apricis *hinter Benstädt*, ad *Seeburg* frequens; Iulio.

74. Stipa *capillata* aristis nudis curuatis, calycibus semine longioribus, foliis intus pubescentibus. *L. s.* 1. *p.* 219.

In collibus siccis ad *Wettin* copiose; Iulio. 14.

b. Gramina, spiculis 2-floris vagis.

AIRA. *L. g.* 87.

Cal. 2-ualuis. *Flosculi* 2, absque interiecto rudimento tertii, (rarissime 3). *Cor.* 2-ualuis: *altera valuula* saepe ad basin aristata.

* *Muticae.*

75. Aira *aquatica* foliis planis, panicula patente, floribus muticis laeuibus calyce longioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 177.

In pratis aquoſis, foſſis, riuulis, praeſertim ad riuulum ſalſum prope *Giebichenſtein, an der Salzke*, ad *lacum ſalſum* copioſe; Iulio.

* * *Ariſtatae.*

76. Aira *ceſpitoſa* foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta breui. *L. ſ.* 1. *p.* 178.

In pratis fertilibus et foſſis *in den Pulverweiden* et alibi copioſe; Iulio, Auguſto.

77. Aira *flexuoſa* foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula diuaricata, pedunculis flexuoſis. *L. ſ.* 1. *p.* 179.

In montoſis ſyluaticis et nemoroſis *am Biſchofsberge in der Heide, im Lindberg, Zorgs* frequens; Iunio, Iulio.

78. Aira *caneſcens* foliis ſetaceis: ſummo ſpathaceo paniculam inferne inuoluente. *L. ſ.* 1. *p.* 180.

In *aruis, campis arenoſis, in der Heide* et alibi frequens; Iulio. 15.

79. Aira *praecox* foliis ſetaceis: vaginis angulatis, floribus paniculato-ſpicatis, floſculis baſi ariſtatis. *L. ſ.* 1. *p.* 180.

In arenoſis ſterilibus *in der Heide* copioſe; Iunio. 16.

80. Aira *caryophyllea* foliis ſetaceis, panicula diuaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. *L. ſ.* 1. *p.* 180.

In ſiccis duris apricis *auf dem Schweizerling* ad *Wettin* et alibi copioſe; Iunio.

MELICA. *L. g.* 88.

Cal. 2-ualuis. *Floſculi* 2, cum interiecto rudimento tertii, (interdum etiam quarti). *Cor.* 2-ualuis, mutica.

81. Me-

81. MELICA *ciliata* flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. *L. f.* 1. *p.* 181.

In rupibus praeruptis *hinter Cröllwitz nach der Papiermühle hin* frequens; Iunio.

82. MELICA *nutans* petalis imberbibus, panicula nutante simplici. *L. f.* 1. *p.* 182.

In nemoribus montosis *dem Mittelholze*, *Lindberg*, *Zorgs*, *Thierholze ad Benstädt* passim; Maio.

83. MELICA *caerulea* panicula coarctata, floribus cylindricis. *L. f.* 1. *p.* 183.

α. Gramen arundinaceum enode minus syluaticum. *Scheuchz. gram.* 209.

β. Gr. paniculatum autumnale, panicula ampliore e viridi nigricante. *l. c.* 207. *t.* 4. *f.* 11. 12.

α. In *pratis aquosis* et *nemorosis humidis* frequens; β. in nemoribus et syluaticis montosis ad *Dölau*, *im Lindberg*, *Zorgs* copiose; Augusto.

DACTYLIS. *L. g.* 92.

Cal. 2-ualuis compressus: *altera valuula* maiore, carinata. *Flosculi* 2-3, (rarius 4), absque interiecto rudimento. *Cor.* 2-ualuis: *altera valuula* apice aristata.

84. DACTYLIS *glomerata* panicula secunda glomerata. *L. f.* 1. *p.* 197.

In *pomariis*, *pratis*, *nemoribus* copiose; Iunio, Iulio.

c. *Gramina, spiculis multifloris vagis.*

BRIZA. *L. g.* 90.

Cal. 2-ualuis. *Spicul.* distichae. *Cor.* 2-ualuis: *valuula exteriore* cordata, obtusa; *interiore* minore, oblonga.

85. BRIZA *minor* spiculis triangulis, calyce flosculis (7) longiore. *L. f.* 1. *p.* 193.

In nemoribus et ad margines eorum *im Rockenholze, Mittelholze* frequens; Iunio.

Parum differe videtur a sequente.

86. Briza *media* spiculis ouatis, calyce flosculis (7) breuiore. *L. s.* 1. *p.* 194.

In *pratis, nemoribus* frequens; Iunio.

87. Briza *Eragrostis* spiculis lanceolatis, flosculis viginti. *L. s.* 1 *p.* 195.

Gramen paniculis elegantissimis. *Bauh. pin.* 2. *Rupp. ien.* 3. *p.* 312.

In agris ad *Schmon*; aestate.

POA. *L. g.* 89.

Spicul. ouato - oblongae. *Cal.* 2 - ualuis, muticus: *valuulis* ouatis, acuminatis. *Cor.* 2 - ualuis: *valuulis* acutiusculis margine scariosis.

88. Poa *aquatica* panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *L. s.* 1. *p.* 184.

Ad ripas fossarum piscinarum versus *Passendorf* et alibi copiose; Iunio.

89. Poa *triuialis* panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti, membrana foliorum breui truncata, foliis planis: vagina glabra.

P. *triuialis* panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. *L. s.* 1. *p.* 185.

In *pratis* rarius; *pascuis, montosis, siccioribus, lapidosis* passim: Iunio.

Spiculae saepe 4 - florae, rarius 5 - florae.

90. Poa *angustifolia* spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti laeui, membrana foliorum breui truncata, foliis radicalibus filiformibus inuolutis.

P. *angustifolia* panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. *L. s.* 1. *p.* 186.

In

In *pratis*, *pomariis*, *verſuris* frequens; Maio, Iunio.
Spiculae rarius 5-florae.

91. Poa *pratenſis* panicula diffuſa, ſpiculis ſubquinquefloris ſubpubeſcentibus, culmo erecto tereti, membrana foliorum oblonga acuta, vaginis ſcabris.

P. *pratenſis* pan. diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti *L. ſ.* 1. *p.* 186.

In *pratis* humidiuſculis fertilibus, *pomariis*, *verſuris* copioſe; Iulio.

Spiculae 2-4-5-florae. Membrana foliorum ſaepe fiſſa.

Curtis Flora londinenſ. faſc. 1. *t.* 5. *et* 6. optime delineauit et deſcripſit Poam *triuialem* et *pratenſem*, ſed P. triuialem *Linn.* pro pratenſi *eiusd.* et vice verſa venditat; quod cuilibet omnes differentiae notas, etiam locum natalem tempusque florendi, reſpicienti euidentiſſime patebit.

92. Poa *annua* panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *L. ſ.* 1. *p.* 187.

In *cultis*, *ollis hortulanorum*, ad *vias* vbique; Aprili vsque in hyemem.

93. Poa *ſalina* ſpiculis ſeptemfloris linearibus, glumis omnibus obtuſiſſimis, culmo baſi ſubrepente. *Pollich. palat.* 92.

Locis ſalſis ad riuulum ſalſum prope *Giebichenſtein*, *an der Salzke*, ad *laeum ſalſum* copioſe; Iunio. 17.

Iisdem ſaepe locis cum Aira *aqnatica* et inter eam occurrit, a qua tamen diuerſiſſima.

94. Poa *compreſſa* panicula coarctata ſecunda, culmo obliquo compreſſo. *L. ſ.* 1. *p.* 190.

In *ſiccis*, *ſterilibus*, *incultis*, *muris* praeſertim *limoſis* copioſe; Iunio, Iulio.

95. Poa *nemoralis* panicula attenuata. ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incuruo. *L. ſ.* 1. *p.* 191.

α. Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis rarioribus et angustioribus non aristatis. *Scheuchz. gram.* 164. *t.* 2.

β. (P. *nemor.*) varietas maior, culmo tripedali — —, panicula maiore multiflora — —, spiculis 3-4-floris. *Leers herborn. p.* 30.

α. Ad radices rupium prope *Cröllwitz*, in nemorosis *im Lindberg* passim; β. in nemorosis ad *Passendorf*, *im Mittelholze*, ad *Löbechün* frequens; Maio in Iulium vsque.

96. Poa *bulbosa* panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris. *L. s.* 1. *p.* 191.

In asperis duris *pomoeriorum* passim, in collibus apricis siccis et rupibus ad *Giebichenstein* praesertim circa arcem desolatam copiose: Maio, Iunio.

Semper viuiparam vidi.

97. Poa *cristata* panicula spicata, calycibus subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *L. s.* 1. *p.* 193.

In aridis siccis ad *vias*, *margines agrorum* copiose; Iunio.

FESTVCA. *L. g.* 95.

Spicul. oblongae, teretiusculae. *Cal.* 2-ualuis, acuminatus. *Cor.* oblonga: *valuul.* mucronatis: *altera* saepe aristata ex apice.

* *Panicula secunda.*

98. Festvca *ouina* panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *L. s.* 1. *p.* 202.

α. Valuulis corollinis ciliato-scabris.

β. Valuulis corollinis glabrioribus.

γ. Gra-

γ. Gramen foliolis iunceis breuibus, maius, radice nigra, panicula delicatiore. *Scheuchz. gram.* 281.

α. β. In collibus *apricis aridis* copiose; γ. *im Zwinger hinter der Schulkirche* passim: Maio, Iunio.

γ. *Culmus* vix tetragonus. *Panicula* tota flauescens.

• 99. FESTVCA *rubra* panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis: flosculo vltimo mutico, culmo semitereti. *L. f.* 1. *p.* 203.

α. Festuca foliis perangustis, locustis teretibus 5-floris aristatis: oris membranaceis. *Hall. helv.* 1440.

β. Festuca foliis hirsutis latiusculis, locustis paniculatis 5-floris aristatis glabris. *l. c.* 1435.

α. In sterilibus siccis *in der Heide* et alibi frequens; β. in *pratis*, versuris ad *Diemitz* passim; Iunio.

• 100. FESTVCA *amethystina* panicula flexuosa, spiculis secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis. *L. f.* 1. *p.* 204.

In versuris ad *Diemitz* rarius; Iunio. 18.

Species mihi adhuc dubia. *Spiculae* 5-7-florae, purpurascentes, aristatae.

• 101. FESTVCA *duriuscula* panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris oblongis laeuibus, foliis setaceis. *L. f.* 1. *p.* 204.

In *muris*, *pascuis siccis*, *collibus arenosis*, ad *vias* copiose; Iunio.

• 102. FESTVCA *nemorum* panicula secunda nutante, spiculis quinquefloris glabris aristatis, foliis radicalibus setaceis; culmeis planis longissimis scabriusculis.

Festuca foliis radicalibus setaceis; caulinis latioribus, locusta septiflora. *Hall. helv.* 1438.

In nemoribus *im Rocken- und Mittelhölze* frequens; *in der Brennau* ad *Wettin* passim: Iunio, Iulio. 19.

A Fest. *dumetorum* diuersissima. *Spiculae* 5-7-florae.

F. heterophylla. Willd. sp. pl. T. 4 p. 421. n. 8. 103. FE-

103. Festuca *dumetorum* panicula ſpiciformi pubeſcente, foliis filiformibus. *L. ſ.* 3. *p.* 205.
— — — *in der Heide* forte; Iunio, Iulio. 20.
Communicata ab amico, cui ſpecialis locus e memoria excidit.

* * *Panicula aequali.*

104. Festuca *decumbens* panicula erecta, ſpiculis ſubouatis muticis, calyce floſculis maiore, culmo decumbente. *L. ſ.* 3. *p.* 206.
In paſcuis nemoroſis montoſis ſterilioribus ad *Schmon*, *Rosleben* paſſim; Iunio. 21.
Melicae adfinis ob floſculos perfectos imperfectis mixtos.

105. Fostuca *elatior* panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtatis: exterioribus teretibus. *L. ſ.* 1. *p.* 207.
In *pomariis*, *pratis* fertilibus, *verſuris* copioſe; Iunio.
Variet. β. *Linn. l. c.* vix differt niſi magnitudine.

106. Fostuca *fluitans* panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *L. ſ.* 1. *p.* 207.
In *paludoſis*, *foſſis*, *piſcinis* frequens; aeſtate.
Officin. Mannae (vulgo Schwaden) Semina.
Semina (germ. *Schwaden*) iuſcula et pulmenta ſapidiſſima praebentia in noſtris regionibus non colliguntur.

BROMVS. *L. g.* 95.

Cal. 2-ualuis. *Spicul.* oblongae, diſtichae. *Cor.* oblonga: *altera valuula* infra apicem ariſtata.

107. Bromvs *ſecalinus* panicula patente, ſpiculis ouatis: ariſtis rectis, ſeminibus diſtinctis. *L. ſ.* 1. *p.* 208.
α. Bromus *vitioſus* panicula nutante, ſpiculis ouatis compreſſis: glumis nudis diſtinctis; ariſtis ſubu-

ſubulatis breuioribus flexuoſo - rectis. *Weig. obſ.* 4. *t.* 1. *f.* 2.

β. Idem corollis muticis.

In *agris ſecalinis* frequens; *β.* ad *Diemitz* rariſſime: Iunio.

108. BROMVS *mollis* panicula erectiuſcula, ſpiculis ouatis pubeſcentibus: ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis. *L. ſ.* 1. *p.* 209.

In arenoſis ſiccioribus ad *vias*, *agros* copioſe; Iunio. 22.

109. BROMVS *inermis* panicula diffuſa, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis muticis ariſtatisque.

B. *inermis* panicula erecta, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis nudis ſubmuticis. *L. ſ.* 1. *p.* 210.

In pratis fertilibus ſucculentis *Pomariis, in den Pulverweidsn, im Amtsgarten* ad *Belberg*, ad *Cröllwitz* et alibi frequens; Iunio, Iulio.

110. BROMVS *aſper* panicula nutante ſcabra, ſpiculis villoſis ariſtatis, foliis ſcabris. *L. ſ.* 1. *p.* 211. *ſuppl.* 111.

In dumetis *in der Brennau* ad *Wettin* paſſim; Iunio, Iulio. 23.

111. BROMVS *ſterilis* panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. *L. ſ.* 1. *p.* 212.

In *agris*, *hortis*, *pomariis*, *ruderatis*, *ad vias* copioſe; aeſtate. In aſperis apricis ad *Wettin* paſſim, panicula tota rubente. Bromo *rubenti* maxime adfinis, ſi non idem.

112. BROMVS *aruenſis* panicula nutante, ſpiculis ouato - oblongis. *L. ſ.* 1. *p.* 212.

In *verſuris*, *pratis ſiccioribus*, agris praeſertim ad *Diemitz* frequens; Iunio 24.

Variat *glumis* ſubmuticis.

113. Bromvs *tectorum* panicula nutante, ſpiculis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 213.

In *collibus* ſiccis, *tectis* praecipue ſtramineis, *muris* copioſe; aeſtate. 25.

A Bromo *ſterili* differt culmo humiliori, panicula ſecunda nutante.

114. Bromvs *giganteus* panicula nutante, ſpiculis lanceolatis: ariſtis longis flexuoſis. *Schreb. graeſ.* 88. *t.* 11.

Bromus *giganteus* panicula nutante, ſpiculis quadrifloris: ariſtis breuioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 214.

In humidiuſculis vmbroſis in *pomoerio hinter dem Gymnaſio* paſſim; Iulio, Auguſto. 26.

Spiculae 4-6-7-florae.

115. Bromvs *pinnatus* culmo indiuiſo, ſpica erecta: ſpiculis alternis adproximatis lanceolatis compreſſiuſculis pubeſcentibus ariſtatis.

Bromus *pinnatus* culmo indiuiſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus ſubariſtatis. *L. ſ.* 1. *p.* 216.

α. Bromus *pinnatus* ſpiculis ſeſſilibus, culmo indiuiſo, ariſtis folliculi gluma breuioribus. *Poll. pal.* 117.

β. Bromus *ſyluaticus* ſpiculis ſeſſilibus, culmo indiuiſo, ariſtis folliculi glumas longitudine aequantibus. *l. c.* 118.

In montoſis aſperis nemoroſis ad margines *des Rockenholzes; am Lindberg*; ad *Löbechün* copioſe; Iunio, Iulio.

116. Bromvs *gracilis* culmo indiuiſo, ſpica nutante: ſpiculis alternis remotis teretibus ſubulatis glabris ariſtatis.

Bromus *gracilis* ſpica terminali debili: ſpiculis alternis remotis teretibus ſubulatis glabris; ariſtis longioribus. *Weig. obſ.* 15. *t.* 1. *f.* 11.

In nemoribus et dumetis *in dem Hölzchen bey Zöberitz, in der Brennau bey Wettin* frequens; Iulio. 27.

Spicu-

Spiculae 7 - 10 - florae. In Bromo *pinnato* et *gracili* arista ex apice glumae exit, hinc Festucis adfines.

AVENA. *L. g.* 97.

Cal. 2 - ualuis. *Spicul.* diffusae. *Cor.* oblonga: *altera ualuula* dorso vel basi aristata; arista tortili, in medio geniculata.

117. AVENA *elatior* paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico; masculo aristato. *L. s.* 1. *p.* 221.

α. Arista in flosculo hermaphrodito recta breui. *Leers herborn.* 88. *t.* 10. *f.* 4. 1. ☿. ☿ x ✳

β. Arista in vtroque flosculo longiore. *l. c. p.* 41, *γ. t.* 10. *f.* 4. 3.

γ. Arista in hermaphrodito nulla. *ibid*, *δ.*

δ. Radicalibus fibris nodosis. *ibid. α. Linn. l. c. var. β.*

In *pomariis*, *pratis* vbique; *δ. im Rockenholze* frequens: aestate.

118. AVENA *fatua* paniculata, calycibus trifloris, flosculis omnibus aristatis basique pilosis. *L. s.* 1. *p.* 223.

In agris *inter segetes* copiose; aestate.

119. AVENA *fesquitertia* paniculata, calycibus subtrifloris, flosculis omnibus aristatis, receptaculis barbatis. *L. s.* 1. *p.* 223.

Im Mittelholze passim; Iunio. 28.

120. AVENA *pubescens* subspicata, calycibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. *L. s.* 1. *p.* 223.

In — — — Iunio. 29.

Communicata ab amico, qui locum specialem non notauit.

121. Avena *flauescens* panicula laxa, calycibus trifloris breuibus, flosculis omnibus aristatis. *L. s.* 1. *p.* 224.

α. Gramen auenaceum pratense elatius, panicula densa flauescente, locustis maioribus, villosum. *Scheuchz. gram.* 225. *t.* 4. *f.* 18.

β. Gr. auen. prat. elatius, pan. flauescente, locustis paruis. *Scheuchz. gram.* 223. *t.* 4. *f.* 18.

In *pomariis*, *pratis*, *versuris*, β. praecipue in nemorosis *im Rockenholze* et alibi vulgaris; Iunio, Iulio.

Variat calycibus 2-3-rarissime 4-floris.

ARVNDO. *L. g.* 99.

Cal. 2-ualuis. *Flosculi.* congesti. *Cor.* basi lanata, mutica (non aristata).

122. Arvndo *phragmites* calycibus quinquefloris, panicula laxa. *L. s.* 1. *p.* 227.

In *fossis*, *lacubus*, *piscinis*, ad ripas *Salae* copiosissime; Augusto.

123. Arvndo *Calamagrostis* calycibus vnifloris laeuibus, corollis lanuginosis, culmo ramoso. *L. s.* 1. *p.* 228.

Ad ripas *Salae* copiose; etiam in aridioribus et nemorosis *in der Heide*, *im Rockenholze*, ad *Wettin in der Brennau* passim: aestate.

d. Gramina spicata, receptaculo elongato, subulato.

TRITICVM. *L. g.* 105.

Cal. 2-ualuis, solitarius, subtriflorus. *Spicul.* solitariae. *Cor.* 2-ualuis: *ualuulis* subaequalibus. *Receptaculi* basis callosa.

124. Triticvm *repens* calycibus quadrifloris subulatis acuminatis, foliis planis. *L. s.* 1. *p.* 241.

α. Tri-

α. Triticum *repens* glumis mucronatis ariſtatisue: ariſtis ſpicula breuioribus. *Schreb. graeſ.* 24. *t.* 26. *f.* 1. 2. 3.

β. Gramen loliaceum radice repente, ſ. gramen officinarum ariſtis donatum. *Vaill. pariſ.* 81. *t.* 17. *f.* 2.

α. In *cultis*, *agris* frequens; β. praeſertim in pratis ad *Paſſendorf* rarius: Iunio, Iulio.

Officin. GRAMINIS Radix.

HORDEVM. *L. g.* 104.

Inuolucr. 6-phyllum 3-florum.

125. HORDEVM *murinum* floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, inuolucris intermediis ciliatis. *L. ſ.* 1. *p.* 237. α.

In *ruderatis*, ad *muros*, *vias*, *ſepes* vbique; aeſtate.

126. HORDEVM *ſecalinum* floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, inuolucris ſetaeis ſcabris. *Schreb. ſpicil.* 148. *Linn. l. c.* var. β.

In *pratis* vbique; aeſtate.

ELYMVS. *L. g.* 102.

Cal. 2-ualuis, adgregatus, multiflorus. *Spicul.* geminae.

127. ELYMVS *caninus* ſpica nutante arcta: ſpiculis rectis inuolucro deſtitutis; infimis geminis. *L. ſ.* 1. *p.* 233.

In *cultis*, ad *ſepes* paſſim; ad *Zöberitz* frequens: Iulio.

Plurimis notis conuenit cum Tritico *repente*, differt tamen *ſpiculis* ſaepe ad medium ſpicae, interdum ad ſummitatem vsque geminis, rarius inferne ternis; *corollae* valuula interiore magis ciliata; *nectariis* baſi hemiſphaericis, quae in Tritico *repente* ouato-lanceolata. *Leers herborn.* 95. 96.

LO-

LOLIVM. *L. g.* 101.

Cal. 1 - ualuis, fixus, rachi oppofitus.

128. Lolivm *perenne* fpica mutica, fpiculis compreffis multifloris. *L. f.* 1. *p.* 230.
In *pomariis*, *pafcuis*, *pratis*, ad *femitas*, *verfuras* vbique; aeftate.

129. Lolivm *temulentum* fpica ariftata, fpiculis compreffis multifloris. *L. f.* 1. *p.* 231.
In *cultis*, *agris*, praefertim *inter Hordeum vulgare* frequens; Iunio, Iulio.

CYNOSVRVS. *L. g.* 93.

Receptacul. commune, vnilaterale, foliaceum, multiflorum. *Cal.* partialis 2 - ualuis, multiflorus.

130. Cynosvrvs *criftatus* bracteis pinnatifidis. *L. f.* 1. *p.* 198.
In *pratis*, *pomariis*, *verfuris* paffim; Iunio.

131. Cynosvrvs *durus* fpicis fecundis alternis feffilibus rigidis obtufis adpreffis. *L. f.* 1. *p.* 199.
In glareofis fterilibus *beym Fürftengarten nach der Saale zu*, *auf dem Pfänner Holzplatz* frequens, *vor dem Ranifchen Thore* rarius; ad *Wörmlitz*, ad femitas prope *Wettin* paffim: Maio.

132. Cynosvrvs *caeruleus* bracteis integris. *L. f.* 1. *p.* 199.
In montofis fterilibus *auf dem Vogelsberg* ad *Benftädt* copiofiffime; Aprili.

TRIGYNIA.

HOLOSTEVM. *L. g.* 110.

Cal. 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala, irregularis. *Sem.* plurima.

133. HOLOSTEVM *vmbellatum* floribus vmbellatis. *L. f.* 1. *p.* 246.

In *agris aruis*, *aggeribus*, *muris limosis* copiose, Aprili.

Interdum *stamina* 4, *pistilla* 4.

MONTIA. *L. g.* 104.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Sem.* 3.

134. MONTIA *fontana*. *L. f.* 1. *p.* 244.

α. Cameraria f. Portulaca aruensis exigua. *Buxb. hal.* 50.

β. Cameraria aquatica et maior. *Dill. giss.* 61. *Buxb. l. c.* 51.

α. In agris arenosis ad *Brena*; Maio. β. in editioribus ad riuulos *bey Bitterfeld*; Iunio.

CLAS-

CLASSIS. IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

a. Adgregati. *Floribus* 1-*petalis*, 1-*spermis*, *inferis*.

GLOBVLARIA. *L. g.* 118.

Cal. communis imbricatus; *proprius* tubulatus. *Cor.* 2-labiata, ⅔. *Recept.* paleaceum.

135. GLOBVLARIA *vulgaris* caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis. *L. s.* 1. *p.* 272.

In montosis apricis *auf dem Vogelsberge* ad *Benstädt*, ad *Kelme* copiose; Maio. *Junio.*

b. Adgregati. *Floribus* 1-*petalis*, 1-*spermis*, *superis*.

DIPSACVS. *L. g.* 120.

Cal. communis polyphyllus, foliosus; *proprius* vix manifestus. *Recept.* conicum paleaceum. *Sem.* columnaria.

136. DIPSACVS *fullonum* foliis sessilibus serratis. *L. s.* 1. *p.* 274.

α. Dipsacus *sylvestris* foliis sessilibus serratis, aristis fructus erectis. *Mill. dict. n.* 1.

β. D. *fullonum* foliis connatis, aristis fructus hamatis. *ibid. n.* 2.

α. In aggeribus sepibus dumetis ad *Diemitz*, et alibi passim; Iulio, Augusto. β. copiose culta, vnde

vnde forte diſſeminata, interdum etiam ſpontanea occurrit.

Officin. CARDVI VENERIS Herba, Flores.

137. DIPSACVS *piloſus* foliis petiolatis appendiculatis. *L. ſ.* I. *p.* 275.

In humidiuſculis ad foſſas prope *Kelme*, *Müllerdorf* et alibi paſſim; Iulio, Auguſto.

SCABIOSA. *L.* g. 121.

Cal. communis polyphyllus: *proprius* duplex. *Recept.* eleuatum, *Sem.* coronata, inuoluta.

* *Corollulis quadrifidis.*

138. SCABIOSA *Succiſa* corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis adproximatis, foliis lanceolato-ouatis. *L. ſ.* I. *p.* 277.

α. Succiſa glabra. *Bauh. pin.* 269.

β. Succiſa hirſuta. *ibid.*

In pratis ſyluaticis et nemoroſis ſubhumidis *in der Heide*, ad *Nietleben*, *Dölau*, *Gutenberg* frequens; Iulio, Auguſto.

Officin. SVCCISAE ſ. MORSVS DIABOLI Radix, Herba.

139. SCABIOSA *aruenſis* corollulis quadrifidis radiantibus. foliis pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *L. ſ.* I. *p.* 279.

In ſiccioribus *pratis*, *verſuris* frequens; Iunio, Iulio.

Officin. SCABIOSAE Radix, Herba, Flores.

Ludit *corollulis* caeruleis, rubris, albis.

** *Corollulis quinquefidis.*

140. SCABIOSA *columbaria* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ouatis crenatis; caulinis pinnatis ſetaceis. *L. ſ.* I. *p.* 280.

In montoſis ſiccioribus *an der Heide* et alibi frequens; aeſtate.

Corollulae caeruleae, aut albido-purpuraſcentes.

141. Scabiosa *ochroleuca* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 286.

In *gramineis* editioribus, *paſcuis* ſiccis, *verſuris*, copioſe; Iulio, Auguſto.

Corollulae flaueſcentes. Adfinis Sc. *columbariae*.

c. *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

CENTVNCVLVS. *L. g.* 151.

Cal. 4-fidus, corolla longior. *Cor.* 4-fida, rotata. *Filam.* breuia. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

142. Centvncvlvs *minimus*. *L. ſ.* 1. *p.* 326. *Dill. gieſſ.* 161. *app.* 111. *Buxb. hal.* 61.

In agris arenoſis *am Sandberge*, ad *Markranſtädt*; Iulio, Auguſto.

PLANTAGO. *L. g.* 148.

Cal. 4-fidus, corolla breuior. *Cor.* 4-fida: *limbo* reflexo. *Filam.* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis circumſciſſa.

143. Plantago *maior* foliis ouatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *L. ſ.* 1. *p.* 319.

α. P. latifolia ſinuata. *Bauh. pin.* 189.

β. P. latifolia glabra minor. *ibid.*

γ. P. latifolia ſpica multiplici ſparſa. *Ibid.*

In *pomariis*, *pratis* ſiccioribus, *verſuris*, ad *vias* vbique; *γ.* rariſſima: aeſtate.

Officin. Plantaginis Radix, Herba, Semina.

144. Plantago *media* foliis ouato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *L. ſ.* 1. *p.* 319.

α. P. latifolia incana *Bauh. pin.* 189.

β. P. latif. hirſuta minor. *ibid.*

Iisdem

Iisdem *cum praecedente* locis copiofe; Maio, Iunio.

145. Plantago *lanceolata* foliis lanceolatis, fpica fubouata nuda, fcapo angulato. *L. f.* 1. *p.* 321.

α. P. foliis lanceolatis quinqueneruiis, fcapo nudo, fpica ouata. *Hall. helv.* 656.

β. P. trineruia, folio anguftiffimo. *Bauh. pin.* 189.

In *pomariis*, *pratis*, *verfuris*, ad *agros* vulgatiffima; Maio et tota aeftate.

Officin. Plantaginis minoris Herba.

146. Plantago *maritima* foliis femicylindricis integerrimis bafi lanatis, fcapo tereti. *L. f.* 1. *p.* 322.

α. P. marina. *Lob. icon.* 306.

β. P. *fubulata* foliis fubulatis triquetris ftriatis fcabris, fcapo tereti. *L. f.* 1. *p.* 323.

Coronopi et Sedi montani media planta Maffilienfium. *Lob. icon.* 438.

α. In littoribus lacus falfi ad *Seeburg*, *an der Salzke* copiofe; ad pifcinas prope *Dieskau*, *in der Klinke auf dem Wege nach Wettin* frequens; *β.* in pafcuis ficcis ad *Dölau*, in montofis arenofis ad *Kelme*, *Müllerdorf*, *Rulsdorf* frequens; aeftate.

Plantaginem *maritimam* et *fubulatam* coniungo, plurima enim fpecimina inter fe collata docuerunt eas fpecie non differre. Forte etiam his Plantago *Loeflingii* adfociianda, monentibus *Raj. angl.* 3. p. 315. *Scop. carn.* 2. n. 164.

d. Flores monopetali, monocarpi, fuperi.

SANGVISORBA. *L. g.* 152.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* plana. *Germen* inter calycem et corollam.

147. Sangvisorba *officinalis* fpicis ouatis. *L. f.* 1 *p.* 327.

In pratis depressis *in den Pulverweiden* et alibi copiose; Iulio, Augusto.
Officin. PIMPINELLAE ITALICAE s. SANGVISORBAE Radix.

e. *Flores monopetali, dicocci, superi.* Stellatae.

GALIVM. *L. g.* 132.

Cor. rotata: *tubo* vix vllo. *Fruct.* subglobosi.

* *Fructibus glabris.*

148. GALIVM *palustre* foliis quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffusis. *L. f.* 1. *p.* 299.
In *pratis vdis*, *fossis*, *riuulis*, ad *piscinas* copiose; Iulio.

149. GALIVM *montanum* foliis subquaternis linearibus laeuibus, caule debili scabro, seminibus glabris. *L f.* 1. *p.* 300.
In nemoribus montosis ad *Schmon* passim; Maio, Iunio. 30.

150. GALIVM *vliginosum* foliis senis lanceolatis retrorsum serrato - aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. *L. f.* 1. *p.* 300.
In *pratis humidis*, ad *fossas*, *riuulos* passim; Iunio.

151. GALIVM *syluestre* foliis suboctonis lineari - lanceolatis subasperis aristatis, fructibus glabris. *Poll. pal.* 151.
G. caule angulofo, foliis senis subasperis aristatis. *Hall. helv.* 715.
In nemoribus *im Mittelholze* et alibi frequens; Iunio. 31.

152. GALIVM *spurium* foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *L. f.* 1. *p.* 301.
In agris *inter segetes* passim; Maio, Iunio.
Fructus demum rugosi euadunt.

153. GALIVM *verum* foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis breuibus. *L. f.* 1. *p.* 302.

In

In *pratis*, *verſuris*, ad *vias*, *aggeres* copioſiſſime; Iunio, Iulio.

Officin. GALLII LVTEI Herba, Flores.

154. GALIVM *Mollugo* foliis octonis ouato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *L. ſ.* 1. *p.* 303.

α. Galium *Mollugo* latifolia. *Leers herborn.* 115.

β. Galium *Mollugo* anguſtifolia. *ibid.*

γ — — foliis apice rotundatis, neruo in acumen exeunte. *Scop. carn.* 2. *n.* 155. *var.* 2.

δ. — — foliis ſpinoſo-denticulatis. *l. c. var.* 3.

α. In *pratis*, *dumetis*, *verſuris*, ad *ſepes* copioſiſſime; β. γ. in *nemoribus* montoſis frequens; δ. in montoſis aſperis *auf dem Petersberge* paſſim; Iunio.

155. GALIVM *ſyluaticum* foliis octonis laeuibus ſubtus ſcabris: floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laeui. *L. ſ.* 1. *p.* 303.

In *nemoribus* montoſis praeſertim locis vmbroſis frequens; Iunio, Iulio.

Folia ſena ad duodena.

156. GALIVM *glaucum* foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laeui. *L. ſ.* 1. *p.* 304.

In montoſis apricis ad *Seben*, *Gutenberg*, *Kelme* paſſim; ad *Müllerdorf* frequens: Iunio.

* * *Fructibus hiſpidis.*

157. GALIVM *boreale* foliis quaternis lanceolatis trineruiis glabris, caule erecto, ſeminibus hiſpidis. *L. ſ.* 1. *p.* 305.

In pratis ad *Gimritz*, *Paſſendorf*, *Gutenberg*, in nemoribus *dem Rocken- und Mittelholze*, *am Petersberge*, ad *Löbechün* copioſe; Maio, Iunio.

Caulis in nemoribus altior, ſaepe tripedalis, in ſummitate ramoſus.

158. Galium *Aparine* foliis octonis lanceolatis: carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis. *L. s.* 1. *p.* 306.
In *cultis*, *ruderatis*, *dumetis*, ad *sepes* vulgatissimum; Maio, Iunio.

ASPERULA. *L. g.* 128.

Cor. tubulosa, infundibuliformis: *limbo* obtuso. *Fruct.* subglobosi.

159. Asperula *odorata* foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *L. s.* 1. *p.* 294.
In nemoribus et syluaticis vmbrosis ad *Seben* copiose; *in der Heide*, frequens; *am Petersberge*, ad *Löbechün* copiosissime: Maio.
Officin. Matrisylvae, s. hepaticae stellatae Herba.

160. Asperula *tinctoria* foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *L. s.* 1. *p.* 295.
In syluaticis et nemoribus montosis *in der Heide* et alibi copiose; Iunio.

161. Asperula *cynanchica* foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. *L. s.* 1. *p.* 296.
In *collibus* aridis apricis saxosis, ad *vias* copiosissime; aestate.
Caulis potius procumbens quam erectus dicendus.

SHERARDIA. *L. g.* 127.

Cor. tubulosa, infundibuliformis: *limbo* acuto. *Fruct.* oblongus coronatus. *Sem.* 3-dentata.

162. Sherardia *aruensis* foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *L. s.* 1. *p.* 292.

In

In aruis et agris *hinter der Schleuſe*, ad *Seben*, *Gutenberg*, *Seeburg* paſſim; aeſtate.

f. Flores tetrapetali ſuperi.

TRAPA. *L. g.* 165.

Cal. 4-fidus. *Nux* armata ſpinis 4, validis, e calyce ortis.

163. Trapa *natans* petiolis foliorum natantium ventricoſis. *L. ſ.* 1. *p.* 341.

Trapa *natans* nucibus quadricornibus: ſpinis patentibus. *L. ſuppl.* 128.

In aquis ſtagnantibus in *pomoeriis* olim a *Buxbaumio* lecta, vbi nunc fruſtra quaeritur; ad *Aken*, *Deſſau* copioſe: Iunio.

Officin. Nvcis aqvaticae ſ. tribvli aqvatici Fructus.

Trapa *bicornis*. *L. ſuppl. l. c.* varietas forte prioris, iisdem locis cum T. *natante* frequenter proueniens.

CORNVS. *L. g.* 155.

Cal. 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.

164. Cornvs *maſcula* arborea, vmbellis inuolucrum aequantibus. *L. ſ.* 1. *p.* 331.

Ad vineas circa *Rulsdorf*, *Hönſtedt*, in ſepibus ad *Schmon* paſſim; Martio.

Officin. Corni Fructus.

165. Cornvs *ſanguinea* arborea, cymis nudis, ramis rectis. *L. ſ.* 1. *p.* 331.

In *ſepibus*, *dumetis*, *pomariis* nemoroſis, *nemoribus* vulgaris; Maio.

g. Flores incompleti, inferi.

ALCHEMILLA. *L. g.* 177.

Cal. 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, calyce incluſum.

166. ALCHEMILLA *vulgaris* foliis lobatis. *L. ſ.* 1. *p.* 349.
In pratis ad *Lochau*, nemoribus ad *Lodersleben* paſſim; Iunio.
Officin. ALCHEMILLAE Radix, Herba.

DIGYNIA.

CVSCVTA. *L. g.* 182.

Cal. 4-5-fidus. *Cor.* 1-petala, ouata, 4-5-fida. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

167. CVSCVTA *europaca* floribus ſeſſilibus, *L. ſ.* 1. *p.* 352.
α. C. maior. *Bauh. pin.* 219. (funiformis). *Leers herborn. p.* 55.
β. Epithymum ſ. Cuſc. minor. *Bauh. ibid.* (filiformis). *Leers ibid.*
Paraſiticae, α. in *Humulo Lupulo*, *Solano Dulcamara* aliisque *im Zwinger hinter der Schulkirche*, in ſepibus ad *Diemitz*, *Nietleben*, *Seben*, *Gutenberg* paſſim; β. in *Thymo Serpyllo* aliisque plantis, praeſertim in editis aridioribus *in der Heide* et alibi frequens: Iulio.
Officin. α. CVSCVTAE, β. EPITHYMI Herba.
Capſula ſaepe 3- etiam 4-ſperma.

APHANES. *L. g.* 178.

Cal. 8-fidus: laciniis alternis minutiſſimis. *Cor.* 0. *Styl.* 1, baſi germinis inſertus. *Sem.* 1, nudum.

168. APHANES *aruenſis. L. ſ.* 1. *p.* 351.
Haec Species Aphanis est Alchemilla Aphanes Willdenow

In

In *agris* praesertim *arenosis* frequens; aestate.
Ad Alchemillam referenda, cum character in omnibus notis conueniat.

TETRAGYNIA.

SAGINA. *L. g.* 188.

Cal. 4-phyllus. *Pet.* 4. *Caps.* 4-ualuis, polysperma.

169. SAGINA *procumbens* ramis procumbentibus. *L. f.* 1. *p.* 359.
In *pascuis* sterilibus humidis, *aruis*, *ollis* hortulanorum, frequens; aestate.
Variat numero quinario et floribus apetalis.

POTAMOGETON. *L. g.* 186.

Cal. o. *Pet.* 4. *Styli* o. *Sem.* 4, nuda.

170. POTAMOGETON *natans* foliis oblongo-ouatis petiolatis natantibus. *L. f.* 1. *p.* 355.
In stagnis fossis piscinis ad *Passendorf* et alibi copiosissime: Iunio.

171. POTAMOGETON *perfoliatum* foliis cordatis amplexicaulibus. *L. f.* 1. *p.* 355.
In *stagnis*, *lacubus*, *Sala* fluuio copiose; Iunio.

172. POTAMOGETON *lucens* foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *L. f.* 1. *p.* 356.
In stagnis fossis lacubus piscinis ad *Passendorf* et alibi vulgare; Iunio.

173. POTAMOGETON *crispum* foliis lanceolatis alternis oppositisue vndulatis serratis. *L. f.* 1. *p.* 356.
In *fossis*, *riuulis*, *Sala* fluuio frequens; Maio.

174. POTAMOGETON *compressum* foliis linearibus obtusis, caule compresso. *L. f.* 1. *p.* 357.
In *fossis* paludosis passim; Iunio. 32.

175. POTAMOGETON *pectinatum* foliis ſetaceis parallelis adproximatis diſtichis. *L. ſ.* I. *p.* 357.
In *foſſis*, *paludibus*, *Sala* fluuio paſſim; Iunio.

176. POTAMOGETON *marinum* foliis linearibus alternis diſtinctis inferne vaginantibus. *L. ſ.* I. *p.* 358.
In riuulo ſalſo *die Salzke* dicto ad *Langenbogen* frequens; Iunio. 33.

177. POTAMOGETON *puſillum* foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis baſi patentibus caule tereti. *L. ſ.* I. *p.* 358.
In *paludibus*, *foſſis*, *Sala* fluuio copioſe; Iunio.

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores monopetali, inferi, tetragymnofpermi.* Afperifoliae.

ECHIVM. *L. g.* 203.

Cor. campanulata: *fauce* nuda; *limbo* irregulari: laciniis fuperioribus longioribus.

178. Echivm *vulgare*, caule tuberculato hifpido, foliis caulinis lanceolatis hifpidis, floribus fpicatis lateralibus. *L. f.* 1. *p.* 403.
In *muris*, *ruderatis*, *ficcis*, *glareofis*, ad *vias*, *agros* abunde; corolla alba *auf dem Lôbechüni-fchen Stadtmauern* rariffime: Iunio, Iulio.

PVLMONARIA. *L. g.* 196.

Cal. prifmatico - 5 - gonus, 5 - dentatus. *Cor.* infundibuliformis: *fauce* peruia, pilofa.

179. Pvlmonaria *anguftifolia* foliis radicalibus lanceolatis. *L. f.* 1. *p.* 392.
In fyluaticis et nemoribus dumetofis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Lifskau*, *im Mittelholze* et alibi vulgaris; corolla alba *auf dem Schlangenberge* ad *Löbechün* rariffime: Aprili, Maio.

180. Pvlmonaria *officinalis* foliis radicalibus ouato-cordatis fcabris. *L. f.* 1. *p.* 393.
α. P. non maculofo folio. *Bauh. pin.* 260.

β. P.

β. P. maculoſa. *Lob. icon.* 586.

In ſyluaticis *im der Heide*, nemoribus *im Lindberg*, *Zorgs* rarius; ad *Löbechün* praeſertim verſus *Wettin* frequens; ad *Liebenau*, *Lodersleben* paſſim; β. ſemper rarior: Aprili.

Officin. PVLMONARIAE MACVLOSAE Herba.

LITHOSPERMVM. *L. g.* 193.

Cor. infundibuliformis: *fauce* perforata, nuda.

181. LITHOSPERMVM *officinale* ſeminibus laeuibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *L. ſ.* I. *p.* 385.

In nemoribus et ad margines eorum ad *Seben*, *Gutenberg*, *Dölau*, *im Zorgs*, *Mittelholze* paſſim; Iunio.

Officin. LITHOSPERMI ſ. MILII SOLIS Semina.

182. LITHOSPERMVM *aruenſe* ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. *L. ſ.* I. *p.* 385.

In *cultis*, *agris* vbique; Maio, Iunio.

SYMPHYTVM. *L. g.* 197.

Cor. campanulata: *fauce* clauſa radiis ſubulatis; *limbo* tubulato; ventricoſo.

183. SYMPHYTVM *officinale* foliis ouato-lanceolatis decurrentibus. *L. ſ.* I. *p.* 394.

In *pratis* humidis, ad *foſſas*, *riuulos* vbique; aeſtate.

Officin. CONSOLIDAE MAIORIS ſ. SYMPHYTI Radix, Herba, Flores.

Varietas *corolla* purpurea apud nos rariſſima, circa *Serveſtam* vulgatiſſima eſt.

BORAGO. *L. g.* 200.

Cor. rotata: *fauce* coronata prominentiis emarginatis.

184. Bo-

184. Borago *officinalis* foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *L. ſ.* 1. *p.* 397.
In *reiectamentis hortorum*, ad *ſepes* paſſim, indigena facta peregrinae originis, Iunio.
Officin. Boraginis Herba, Flores.
Variat corolla alba.

LYCOPSIS. *L. g.* 202.

Cor. infundibuliformis: *tubo* curuato - flexo; *fauce* clauſa ſquamulis.

185. Lycopsis *pulla* foliis integerrimis, caule erecto, calycibus fructeſcentibus inflatis pendulis. *L. ſ.* 1. *p.* 400.
In agris inter ſegetes praeſertim aeſtiuas ſolo praecipue arenoſo et in marginibus eorum ad *Giebichenſtein*, *Seben*, *Gutenberg* et alibi paſſim; Maio et ſeqq.

186. Lycopsis *aruenſis* foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. *L. ſ.* 1. *p.* 400.
In agris inter ſegetes ad *Belberg*, *Wörmlitz* et alibi frequens; in *cultis* hortorum rarius; aeſtate.
Folia in pingui ſolo ouata: margine vndulata.

ASPERVGO. *L. g.* 201.

Cor. infundibuliformis: *fauce* clauſa ſquamulis. *Cal.* fructus compreſſus: *lamellis* plano-parallelis, ſinuatis.

187. Aspervgo *procumbens* calycibus fructus compreſſis. *L. ſ.* 1. *p.* 399.
In ruderatis *an dem Damme bey den Pulverweiden wenn man nach der hohen Brücke gehet* et alibi frequens; Maio. *Iunio*.

CYNOGLOSSVM. *L. g.* 195.

Cor. infundibuliformis: *tubo* limbo breuiore; *fauce* clauſa ſquamulis. *Sem.* interiore tantum latere ſtylo adfixa.

188. CYNOGLOSSVM *officinale* ſtaminibus corolla breuioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *L. ſ.* 1 *p.* 390.

α. C. maius vulgare. *Bauh. pin.* 257.

β. C. ſemperuirens. *Bauh. l. c. prodr.* 119.

In *ruderatis, coemiteriis*, ad *vias*; *β. in der Heide auf dem Heideberge* paſſim: Maio, Iunio.

Officin. CYNOGLOSSAE Radix, Herba.

β. Differt foliis atro-viridibus, magis ſcabris, tomento deſtitutis.

ANCHVSA. *L. g.* 194.

Cor. infundibuliformis: *tubo* longitudine calycis, baſi priſmatico; *fauce* clauſa ſquamulis oblongis. *Sem.* oblonga, obtuſa.

189. ANCHVSA *officinalis* foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. *L. ſ.* 1. *p.* 387.

In arenoſis ad vias et agros circa *Belberg*, *Lettin*, in ruderatis *auf dem Heideberge* frequens; Iunio,

Officin. BVGLOSSI Radix, Herba, Flores.

Anchuſa *anguſtifolia* parum ab hac differre videtur.

MYOSOTIS. *L. g.* 192.

Cor. hypocrateriformis, emarginata: *fauce* clauſa ſquamulis. *Sem.* ouata, acuminata.

190. MYOSOTIS *ſcorpioides* ſeminibus laeuibus, foliorum apicibus calloſis. *L. ſ.* 1. *p.* 383.

α. M. *aruenſis* foliis hirſutis. *Leers herborn.* 138.

β. M. *paluſtris* foliis glabris. *ibid.*

α. In *campis*, *aruis* arenoſis, *pratis* et *paſcuis* aridis vbique; *β.* ad foſſas *in den Pulverweiden*, verſus *Paſſendorf* et alibi frequens: aeſtate.

β. In nemorib. ad *Liebenau* corolla alba et rubella ludit.

191. MY-

191. Myosotis *Lappula* feminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilofis. *L. ſ.* 1. *p.* 384.

In *aridis*, *nudis*, *ruderatis*, *muris* limofis vulgaris; aeſtate.

b. Flores monopetali, inferi, angioſpermi.

ANAGALLIS. *L.* g. 220.

Cor. rotata. *Filam.* inferne hirſuta. *Stigma* capitatum. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

192. Anagallis *aruenſis* foliis indiuiſis, caule procumbente. *L. ſ.* 1. *p.* 422.

α. A. phoeniceo flore. *Bauh. pin.* 252.

A. caule procumbente, foliis ouato - lanceolatis, calycis fegmentis lanceolatis. *Hall. helv.* 625.

β. A. caeruleo flore. *Bauh. pin.* 252.

A. caule procumbente, foliis ouato-lanceolatis, petalis ſerratis, calycis foliolis ſubulatis. *Hall. helv.* 626.

In *aruis*, *agris*, *cultis* vulgaris; *β.* in aruis ad *Seben* paſſim; ad *Erdeborn* frequens: aeſtate.

Officin. *α.* Anagallidis Herba.

Corolla in *α.* et *β.* crenulata. Variant etiam *foliis* ternis, quaternis.

LYSIMACHIA. *L. g.* 219.

Cor. rotata. *Stigma* obtuſum. *Capſ.* 1-locularis, 10-ualuis.

193. Lysimachia *vulgaris* paniculata, racemis terminalibus. *L. ſ.* 1. *p.* 419.

Ad ripas Salae *auf der kleinen Wieſe hinter der Schleuſe*, in nemoroſis humentibus ad *Paſſendorf*, *in der Heide* frequens; Iulio, Auguſto.

Filamenta baſi coalita. Variat *foliis* binis, ternis, quaternis, quinis.

194. Ly-

194. LYSIMACHIA *nemorum* foliis ouatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. *L. ſ.* I. *p.* 421.

In nemoribus montosis ad *Schmon* passim; Iunio. 34.

195. LYSIMACHIA *Nummularia* foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. *L. ſ.* I. *p.* 422.

In *nemorosis* humidis vmbrosis, ad *fossas*, *scrobes* copiosissime; Iunio, Iulio.

Officin. NVMMVLARIAE Herba.

PRIMVLA. *L. g.* 210.

Inuolucr, vmbellulae. *Cor.* infundibuliformis: *tubo* cylindrico; *fauce* peruia; *ore* patulo. *Stigma* globosum. *Capſ.* 1-locularis.

196. PRIMVLA *veris* foliis dentatis rugosis. *L. ſ.* I. *p.* 411.

α. P. *ver. officinalis* — — limbo corollarum concauo. *ibid.*

β. P. *ver. diſſecta* — — calyce pentaphyllo, limbo corollarum profunde quinquefido.

P. ver. inodora, calycibus dissectis. *Tourn. inſtit.* 124? (*odorata enim eſt*).

γ. P. *ver. elatior* — — limbo corollarum plano. *L. ſ.* I. *p.* 411.

δ. P. *ver. acaulis* — — scapo nullo. *ibid.*

α. In pomariis, pratis, pascuis nemoribus pomoeriis ad *Giebichenſtein*, *Seben*, *Gutenberg*, *in der Heide* et alibi copiosissime; β. cum praecedente *im Stadtgraben hinter der Schulkirche* rarius, vbi etiam α. corolla aurantia et rubra ludit; γ. in pratis ad *Döllnitz in der Aue*, *Lochau*: δ. in nemoribus ad *Liebenau* rarius; ad *Schraplau* passim: Aprili.

Officin.

Officin. α. PRIMVLAE VERIS f. PARALYSEOS Radix, Herba, Flores.

γ. Diſtinguitur pedunculis radicalibus vnifloris.

ANDROSACE. *L. g.* 209.

Inuolucr. vmbellulae. *Cor.* hypocrateriformis: *tubo* ouato; *fauce* coarctata, glandulosa. *Stigma* globoſum. *Capſ.* 1-locularis.

197. ANDROSACE *elongata* foliis ſubdentatis, pedicellis longiſſimis, corollis calyce breuioribus. *L. ſ.* 1. *p.* 409.

In rupibus ad *Cröllwitz* rarius; Maio. 35.

HOTTONIA. *L. g.* 216.

Cor. hypocrateriformis. *Stam.* laciniis corollae oppoſita, tubo corollae ſuperimpoſita. *Stigma* globoſum. *Capſ.* 1-locularis.

198. HOTTONIA *paluſtris* pedunculis verticillato-multifloris. *L. ſ.* 1. *p.* 416.

In foſſis *auf der Rabeninſel* ad *Belberg*, in paludibus nemoroſis ad *Liebenau* frequens; ad *Zörbig* copioſe; Maio, Iunio.

MENYANTHES. *L. g.* 215.

Cor. villoſa. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 1-locularis.

199. MENYANTHES *trifoliata* foliis ternatis. *L. ſ.* 1. *p.* 416.

In pratis paludoſis ad *Gutenberg unter dem Tannenberge* copioſiſſime; ad *Canena*, piſcinas prope *Dieskau* frequens: Maio.

Officin. TRIFOLII FIBRINI f. AQVATICI Radix, Herba.

CONVOLVVLVS. *L. g.* 231.

Cor. campanulata, plicata. *Stigmata* 2. *Capſ.* 2-3-locularis: loculis 2-ſpermis.

200. CONVOLVVLVS *aruenſis* foliis ſagittatis vtrimque acutis, pedunculis ſubunifloris. *L. ſ.* I. *p.* 434.

In *agris*, *aruis*, *cultis*, *aggeribus* vbique; aeſtate.

Corolla colore variat, qui α. roſeus, β. candidus, γ. albus vmbilico purpureo, δ. punicantibus lineis adſperſus, ε. purpureus radiis albis. *Bauh. pin.* 294. 295.

201. CONVOLVVLVS *ſepium* foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis vnifloris. *L. ſ.* I. *p.* 434.

In *ſepibus dumetis*, ſalicetis et arundinetis ad *ripas Salae* frequens; aeſtate.

DATVRA. *L. g.* 263.

Cal. tubuloſus angulatus, deciduus; *baſi* orbiculata, perſiſtente. *Cor.* infundibuliformis: *limbo* plicato, acuminato. *Capſ.* 2-locularis, 4-ualuis.

202. DATVRA *Stramonium* pericarpiis erectis, ſpinoſis ouatis, foliis ouatis glabris. *L. ſ.* I. *p.* 497.

In *ruderatis*, hortorum *reiectamentis* rarius; ad *Wettin an der Sale* paſſim; ad *lacum ſalſum; auf der Teufelsbrücke* copioſe: Iulio.

Officin. DATVRAE ſ. STRAMONII Herba, Semina.

HYOSCYAMVS. *L. g.* 264.

Cor. infundibuliformis: *limbo* obtuſo. *Stam.* inclinata. *Stigma* capitatum. *Capſ.* circumſciſſa, bilocularis.

203. HYOSCYAMVS *niger* foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *L. ſ.* I. *p.* 499.

In ruderatis pinguibus *coemiteriis*, ad *vias*, *pagos*, *foſſas* vulgaris; Iunio, Iulio.

Officin. HYOSCYAMI Radix, Herba, Semina.

VER-

VERBASCVM. *L. g.* 262.

Cor. rotata, ſubinaequalis. *Filam.* inclinata, villoſa. *Stigma* obtuſum. *Capſ.* 2-locularis, 2-ualuis.

204. VERBASCVM *Thapſus* foliis decurrentibus vtrimque tomentoſis, caule ſimplici. *L. ſ.* 1. *p.* 492.
In ruderatis ſterilibus glareoſis ſiccis ad *Giebichenſtein* et alibi frequens; Iulio, Auguſto.
Officin. VERBASCI Herba, Flores.

205. VERBASCVM *phlomoides* foliis ouatis vtrimque tomentoſis: inferioribus petiolatis. *L. ſ.* 1. *p.* 493.
In ſaxoſis aſperis ad *Giebichenſtein, Cröllwitz* paſſim; Iunio, Iulio.

206. VERBASCVM *Lychnitis* foliis cuneiformi-oblongis. *L. ſ.* 1. *p.* 493.
In ruderatis pomoerii *zwiſchen dem Stein- und Galgthor* paſſim; in rupeſtribus et ad ſepes circa *Cröllwitz* frequens; in montoſis ſiccis *in der Heide, im Rockenholze* et alibi paſſim: Iunio, Iulio.

207. VERBASCVM *nigrum* foliis cordato-oblongis petiolatis. *L. ſ.* 1. *p.* 494.
In pomoerio *zwiſchen dem Stein- und Galgthor*, in ſalicetis ad *Paſſendorf* paſſim; in nemoroſis *vorn in der Heide ohnweit dem Faſanhauſe* frequens: Iulio, Auguſto.
Officin. VERBASCI Radix, Flores.

208. VERBASCVM *Blattaria* foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis ſolitariis. *L. ſ.* 1. *p.* 495.
In nemoroſis ad *Seben*, argilloſis ad *Dölau*, arenoſis ad *Schraplau* rarius; Iunio, Iulio.

VINCA. *L. g.* 322.

Contorta. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* du-

duplex, vnum alteri ſuperimpoſitum. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* nuda.

209. Vinca *minor* caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ouatis, floribus pedunculatis. *L. ſ.* 1. *p.* 593.

Ad radices rupium prope *Giebichenſtein vor dem Dorfe nach der Sale zu*, ad foſſas *in der Burg bey Rideburg*, in vmbroſis nemuſculi ad *Zöberitz*, nemorum ad *Montem ſerenum* frequens; ad *Löbechün* rarius: Aprili, Maio.

Officin. Vincae pervincae Herba.

SOLANVM. *L. g.* 268.

Cor. rotata. *Anth.* ſubcoalitae, apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* ſubrotunda, 2-locularis.

210. Solanvm *Dulcamara* caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *L. ſ.* 1. *p.* 511.

In *ſepibus* humentibus, ad *foſſas* et loca *aquoſa* inter virgulta vulgaris; Iunio, Iulio.

Officin. Dvlcamarae Radix, Stipites.

211. Solanvm *nigrum* caule inermi herbaceo, foliis ouatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *L. ſ.* 1. *p.* 514.

α. S. *nigrum vulgatum. Ibid.*

β. S. *nigrum villoſum* ramis teretibus villoſis, foliis angulatis ſubuilloſis. *l. c. p.* 515. γ.

γ. S. *nigrum virginicum* ramis angulatis dentatis, foliis repandis glabris. *Ibid.* ε.

α. In *cultis ruderatis* vbique; β. rarius; γ. in montoſis ad *Giebichenſtein*, in aggeribus foſſarum inter *Rosleben* et *Schöneweerda* frequens; aeſtate.

Officin. α. Solani Herba.

PHY-

PHYSALIS. *L. g.* 267.

Cor. rotata. *Stam.* conniuentia. *Bacca* intra calycem inflatum maximum coloratum, ſubgloboſa, 2-locularis.

212. Physalis *Alkekengi* foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. *L. ſ.* 1. *p.* 508.
Ad foſſas et ſepes prope *Nietleben* paſſim; in vineis ad *Benſtädt* copioſe: Iunio.
Officin. Alkekengi Herba, Baccae, Semina.

c. *Flores monopetali, ſuperi.*

SAMOLVS. *L. g.* 238.

Cor. hypocrateriformis: *fauce* ſquamulis breuiſſimis ſetaceis. *Stigma* capitatum. *Capſ.* 1-locularis, apice 5-ualuis.

213. Samolvs *Valerandi.* *L. ſ.* 1. *p.* 472.
In foſſis aeſtate exſiccatis ad *Diemitz*, *Seben* rarius; ad *Nietleben*, *Rideburg*, in pratis humidis ad *Kelme*, inter *Langenbogen* et *lacum ſalſum*, *an der Salzke* frequens: Iulio, Auguſto.

PHYTEVMA. *L. g.* 236.

Cor. corniculata, ad baſin fere 5-partita: laciniis linearibus. *Stigma* 2-ſ. 3-fidum. *Capſ.* 2-ſ. 3-locularis, polyſperma.

214. Phytevma *orbicularis* capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis: radicalibus cordatis. *L. ſ.* 1. *p.* 471.
In nemoribus et pratis montoſis ad *Gutenberg*, *im Rocken- und Mittelholze*, *auf dem Vogelsberg bey Benſtädt*, ad *Brena*, *Schmon* paſſim; Maio, Iunio.

215. Phytevma *ſpicata* ſpica oblonga, capſulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. *L. ſ.* 1. *p.* 471.
In nemoribus montoſis ad *Erdeborn*, *im Hagen bey Kuckenburg*, ad *Lodersleben* paſſim; ad *Schmon* copioſe: Maio, Iunio.
Officin. 214. 215. Rapvncvli Radix.

CAMPANVLA. *L. g.* 234.

Cor. campanulata: *fundo* clauſo valuis ſtaminiferis. *Stigma* 3-partitum. *Capſ.* 3-ſ. 5-locularis foraminibus lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laeuioribus anguſtioribus.*

216. CAMPANVLA *rotundifolia* foliis radicalibus reniformibus; caulinis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 455.

α. C. *rotund.* caule multifloro. *Linn. l. c. α. Leers herborn.* 157. *β.*

β. C. *rotund.* caule vnifloro. *Linn. l. c. γ. Leers l. c. α.*

α. In *paſcuis*, *nemoribus*, *verſuris*, *collibus* copioſe; *β* in *montoſis* aridis, ſterilibus paſſim: aeſtate.

Folia radicalia aeſtate ſaepe emortua et *caulina* anguſtiſſima, ſetacea diuerſam facile mentiuntur ſpeciem. *Corolla* communiter caerulea, interdum candida, vt in plurimis huius generis ſpeciebus.

217. CAMPANVLA *patula* foliis ſtrictis: radicalibus lanceolato-oualibus, panicula patula. *L. ſ.* 1. *p.* 455.

In nemore *dem Mittelholze* rarius; Iunio. 36.

Folia interdum ſcabriuſcula.

218. CAMPANVLA *Rapunculus* foliis vndulatis: radicalibus lanceolato-oualibus, panicula coarctata. *L. ſ.* 1. *p.* 456.

In *terminis agrorum* gramineis, *pomariis*, ad *ſepes* paſſim; Iunio, Iulio.

219. CAMPANVLA *perſicifolia* foliis radicalibus obouatis; caulinis lanceolato-linearibus ſerratis ſubſeſſilibus remotis. *L. ſ.* 1. *p.* 456.

In nemoribus et montibus dumetoſis ad *Seben*, *im Lindberg*, *Zorgs*, *Mittelholze* paſſim; Iulio, Augusto.

* * *Foliis ſcabris latioribus.*

220. CAMPANVLA *rapunculoides* foliis cordato-lanceola-

latis, caule ramoſo, floribus ſecundis ſparſis. *L. ſ.* 1. *p.* 458.

In *hortis*, *cultis* oleraceis vbique; in *nemoroſis* frequens: Iulio.

Varietas *foliis inferioribus* cordatis latioribus, *floribus* triplo minoribus; in nemoribus ad *Lôbechûn* frequens.

221. CAMPANVLA *bononienſis* foliis ouato-lanceolatis ſubtus ſcabris ſeſſilibus, caule paniculato. *L. ſ.* 1. *p.* 459.

In nemoribus montoſis inter vepreta *in der Heide*, ad *Löbechün* paſſim; Iulio. 37.

Caulis apud nos rariſſime ramoſus.

222. CAMPANVLA *Trachelium* caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *L. ſ.* 1. *p.* 460.

In nemoribus inter dumeta *vorn in der Heide nach dem Faſanhauſe zu*, *ad Dôllnitz*, *Montem ſerenum*, *Lôbechün im Merbitziſchen Holze*, *am Halliſchen Wege*, *Lodersleben* paſſim; Iulio, Auguſto.

223. CAMPANVLA *glomerata* caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *L. ſ.* 1. *p.* 460.

In aridioribus montoſis inter virgulta ad *Seben* et alibi frequens; aeſtate.

224. CAMPANVLA *Ceruicaria* hiſpida, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus vndulatis. *L. ſ.* 1. *p.* 461.

In nemoribus montoſis *im Rocken- und Mittelholze*, ad *Lôbechün im Oſtrauiſchen Holze*, *Schmon* paſſim; aeſtate.

LONICERA. *L. g.* 250.

Cor. irregularis. *Stigma* capitatum. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.

225. LONICERA *nigra* pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis ellipticis integerrimis. *L. ſ.* 1. *p.* 481.

Xylosteum fructu nigro. *Buxb. hal.* 342.
Ad sepes prope *Numburgum;* Maio.

226. Lonicera *Xylosteum* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *L. f.* 1. *p.* 482

In nemoribus et dumetis ad *Erdeborn*, *Loderslebe*n, *Schmon* passim; Maio.

d. *Flores pentapetali, inferi.*

RHAMNVS. *L. g.* 284.

Cal. corollinus, tubulosus. *Squamae* oris conniuentes, *Stamina* munientes. *Bacca* subrotunda.

227. Rhamnvs *catharticus* spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ouatis. *L. f.* 1. *p.*539.

In sepibus dumetis pratis depressis *in den Pulverweiden*, *bey der Schleuse*, ad *Gimritz*, *Seben*, *Gutenberg* passim; Maio.

Officin. Spinae cervinae Baccae.

Stigma 4-fidum. *Bacca* 4-locularis, 4-sperma. Occurrit etiam floribus hermaphroditis, hinc planta polygama dioica.

228. Rhamnvs *Frangula* inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *L. f.* 1. *p.* 543.

In nemorosis et syluaticis vmbrosis humidiusculis *in der Heide*, et alibi frequens; Maio, Iunio.

Officin. Frangvlae Cortex.

Calyx 5-fidus. *Stamina* 5. *Stigma* emarginatum. *Bacca* 2-locularis, 2-rarius 3-sperma. Vnica arbor nostratium gemmis carens.

EVONYMVS. *L. g.* 291.

Cal. patens. *Bacca* capsularis, lobata, colorata. *Sem.* baccato-arillata.

229. Evonymvs *europaeus* floribus plerisque quadrifidis, foliis acutis. *L. f.* 1. *p.* 554.

Ad *sepes*, in *nemoribus* vulgaris; Maio.
Flores 5-fidi rarissime occurrunt. *Linné* folia sessilia dicit, sed vere petiolata sunt.

e. Flores pentapetali, superi.

RIBES. *L. g.* 301.

Pet. et *stam.* calyci inserta. *Styl.* bifidus. *Bacca* polysperma.

* Ribesia *inermia.*

230. Ribes *rubrum* inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. *L. s.* 1. *p.* 564.
Ad sepes circa *Diemitz* et alibi passim, vix indigenum; in *truncis* arborum putrescentibus et emortuis rarius, certe spontaneum, licet forte ab auibus disseminatum: Aprili, Maio.
Officin. Ribivm rvbrorvm Baccae.

231. Ribes *alpinum* inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. *L. s.* 1. *p.* 565.
In sepibus et dumetis siccis nemoribusque montosis *im Zorgs*, ad *Wettin*, *Löbechün*, *in der Brennau* passim; ad *Erdeborn*, *Lodersleben*, *Schmon* frequens: Aprili.

232. Ribes *nigrum* inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. *L. s.* 1. *p.* 565.
R. nigrum vulgo dictum, folio olente. *Bauh. hist.* 2. *p.* 98. *Buxb. hal.* 284.
Ad sepes et riuulos circa *Rotsch*; Aprili, Maio.
Officin. Ribivm nigrorvm Stipites, Folia, Baccae.

* Grossulariae *aculeatae.*

233. Ribes *Grossularia* ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *L. s.* 1. *p.* 566.
In lapidicina ad *Lisskau* et alibi rarius; Aprili, Maio.

234. Ribes *Vua crispa* ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. *L. s.* 1. *p.* 566.

Ad *fepes*, in nemoribus *im Mittelholze*, ad *Montem ferenum* paffim; Aprili.

Officin. VVAE CRISPAE Baccae.

Stylus in hac et praecedente fpecie ad germen vfque bifidus.

HEDERA. *L. g.* 304.

Inuolucr. vmbellae minimum. *Pet.* oblonga. *Stigma* fimplex. *Bacca* calyce cincta.

235. HEDERA *Helix* foliis ouatis lobatisque. *L. f.* 1. *p.* 568.

In nemoribus montofis vmbrofis ad arbores vetuftas *am Petersberge*, ad *Löbechün* paffim; ad *Schmon* frequens: Augufto, Septembri.

Officin. HEDERAE ARBOREAE Lignum, Folia, Refina, Baccae.

f. Flores incompleti, inferi.

GLAVX. *L. g.* 314.

Cal. o. *Cor.* 1-petala, perfiftens. *Capf.* 1-locularis, 5-ualuis, 5-fperma.

236. GLAVX *maritima.*

In humidiufculis *der kleinen Wiefe*, *auf dem Anger beym Fafanhaufe*, ad pifcinas prope *Dieskau* frequens; *in der Klinke auf dem Wege nach Wettin*, in pafcuis ad *Brafchwitz* copiofe; ad ripas et aggeres *an der Salzke*, ad pifcinas prope *Kelme*, *Langenbogen*, ad *Lacum falfum* copiofiffime: Iunio.

THESIVM. *L. g.* 315.

Cal. 1-phyllus, ftaminiferus. *Sem.* 1, coronatum.

237. THESIVM *Linophyllum* panicula foliacea, foliis linearibus. *L. f.* 1. *p.* 585.

In pratis fyluaticis et nemorofis montofis *in der Heide*, ad *Lifskau*, *im Rocken- und Mittelholze*, ad *Löbechün* frequens; Maio.

Stamina interdum quatuor.

DIGY-

DIGYNIA.

a. *Flores monopetali, inferi.*

ASCLEPIAS. *L. g.* 333.

Contorta. *Nectar.* 5, ouata, concaua, corniculum exſerentia. *Peric.* folliculi 2.

238. Asclepias *Vincetoxicum* foliis ouatis baſi barbatis, caule erecto, vmbellis proliferis. *L. ſ.* 1. *p.* 611.

In ſyluaticis et nemoroſis montoſis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Seben*, *Gutenberg*, ad radices rupium inter vepreta prope *Cröllwitz* et alibi frequens; Iunio, Iulio.

Officin. Vincetoxici ſ. Hirvndinariae Radix, Herba.

GENTIANA. *L. g.* 352.

Cor. inferne tubuloſa, varia. *Capſ.* 2-ualuis, 1-locularis: *receptaculis* 2 longitudinalibus.

239. Gentiana *Pneumonanthe* corollis quinquefidis campanulatis oppoſitis pedunculatis, foliis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 638.

In pratis et paſcuis humidiuſculis ad *Canena*, *Lochau*, *Zörbig* paſſim; Auguſto.

240. Gentiana *Centaurium* corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. *L. ſ.* 1. *p.* 642.

α. Erithraea. *Renealm ſpec.* 77. *t.* 76.

β. Centaurium minus paluſtre ramoſiſſimum, flore purpureo. *Vaill. pariſ.* 32. *t.* 6. *f.* 1.

γ. C. paluſtre minimum, flore inaperto. *ibid. f.* 2.

α. In ſyluaticis et nemoroſis ad *Dölau*, *Liſkau*, *Löbechün* paſſim; in apricis ad *Dörſtewitz* frequens:

β. cum

β. cum praecedente et *in der Heide* praeſertim, in orbitis viarum frequens; corolla alba ad *Löbechün* rariſſime: γ. ad *lacum ſalſum* copioſe: Iulio.

Officin. α. β. Centavrii minoris Herba, Flores.

Stylus ſimplex. *Stigmata* 2, oblonga capitata.

241. Gentiana *Amarella* corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *L. ſ.* I. *p.* 644.

In montoſis ſiccis *auf dem Vogelsberg* ad *Benſtädt*, frequens; *auf dem Plonsberge*, *Petersberge* copioſe: Septembri, Octobri.

Officin. Gentianellae Herba.

242. Gentiana *campeſtris* corollis quadrifidis fauce barbatis. *L. ſ.* I *p.* 644.

Gentiana uliginosa Willd.

In ſiccis ad margines viarum circa *Etsdorf*, *Gerbſtädt* frequens; Septembri, Octobri. 38.

Corolla in noſtra planta communiter 5-fida, paruitate vero, foliisque anguſtis linearibus a G. *Amarella* diuerſiſſima.

243. Gentiana *ciliata* corollis quadrifidis margine ciliatis. *L. ſ.* I *p.* 645.

In montoſis ſiccis ad *Schmon* paſſim; Auguſto, Septembri.

244. Gentiana *cruciata* corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis ſeſſilibus. *L. ſ.* I *p.* 645.

In montoſis ſiccis ad *Querfurth*, *Schmon* paſſim; Iulio.

Denticuli bifidi laciniis corollae interiecti.

b. Flores incompleti.

CHENOPODIVM. *L. g.* 337.

Cal. 5-gonus, profunde 5-fidus, concauus. *Sem.* I, lenticulare, ſuperum.

* *Foliis anguloſis.*

245. Chenopodivm *Bonus Henricus* foliis triangularibus ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis, axillaribus. *L. ſ.* I. *p.* 617.

In

In *ruderatis*, ad *pagos* et in *pagis* frequens; ad *Liebenau* copiofiffime: Iunio, Iulio.

Officin. BONI HENRICI Herba.

246. CHENOPODIVM *vrbicum* foliis triangularibus dentatis, racemis confertis ftrictiffimis cauli adproximatis longiffimis. L. *f.* 1. *p.* 617.

In *ruderatis* pinguibus, *ad pagos* paffim; *an der Sale bey der Schleufe* rarius: Augufto, Septembri.

247. CHENOPODIVM *rubrum* foliis cordato-triangularibus obtufiufculis dentatis, racemis compofitis fubfoliofis caule breuioribus. L. *f.* 1. *p.* 617.

In *ruderatis*, *cultis*, ad *fimeta* frequens; Iulio, Augufto.

Officin. ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba.

248. CHENOPODIVM *murale* foliis ouatis nitidis dentatis acutis, racemis ramofis nudis. L. *f.* 1. *p.* 618.

In *ruderatis*, ad *aggeres*, *pagos* paffim; Augufto, Septembri. 39.

249. CHENOPODIVM *album* foliis rhomboideo-triangularibus erofis poftice integris: fummis oblongis, racemis erectis. L. *f.* 1. *p.* 618.

In *cultis*, *agris*, *hortis*, *ruderatis*, *verfuris*, *ad vias* vbique; Augufto.

250. CHENOPODIVM *viride* foliis rhomboideis dentato-finuatis, racemis ramofis fubfoliatis. L. *f.* 1. *p.* 619.

In *cultis*, *agris*, *hortis*, ad *fepes* abunde; aeftate.

251. CHENOPODIVM *hybridum* foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramofis nudis. L. *f.* 1. *p.* 619.

In *cultis* oleraceis, *hortis* copiofe; Iulio, Augufto.

252. CHENOPODIVM *glaucum* foliis ouato-oblongis repandis, racemis nudis fimplicibus glomeratis. L. *f.* 1. *p.* 621.

In *ruderatis*, *cultis*, *ad domos*, *fimeta*, in agris et aruis ad *Dölau* copiofiffime; Iulio, Augufto.

* * *Foliis integris.*

253. CHENOPODIVM *Vuluaria* foliis integerrimis rhombeo-

beo-ouatis, floribus conglomeratis axillaribus. *L. ſ.* 1. *p.* 621.

Ad *parietes*, *ſepes*, in *cultis*, *maceriis* frequens; caule adſcendente firmo inſigni magnitudine pedali et vltra ad *Rothenburg* copioſiſſime: Iulio, Auguſto.

Officin. VVLVARIAE Herba.

254. CHENOPODIVM *polyſpermum* foliis integerrimis ouatis, caule erecto, calycibus fructus patulis. *Curt. lond. faſc.* 2. *t.* 17.

C. *polyſp.* foliis integerrimis ouatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *L. ſ.* 1. *p.* 621.

In *cultis* oleraceis, *hortis* paſſim; aeſtate.

Caulis apud nos vix vmquam decumbens.

255. CHENOPODIVM *maritimum* foliis ſubulatis, ſeminibus cylindricis. *L. ſ.* 1. *p.* 622.

In ſolo ſalſo *an der Salzke*, ad *lacum ſalſum* copioſe; Iulio, Auguſto. Ad riuulum ſalſum prope *Giebichenſtein* vbi olim, licet rariſſime, legi, nunc euanuit.

HERNIARIA. *L. g.* 336.

Cal. 1-phyllus, 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 10: 5 ſterilia. *Capſ.* 1-ſperma.

256. HERNIARIA *glabra* glabra glomerulis multifloris. *L. ſ.* 1. *p.* 615.

In apricis glareoſis ſiccis collibus et aruis *auf dem Pfännerholzplatz*, ad *Giebichenſtein*, *Cröllwitz*, in arenoſis *der Heide* frequens; Iunio, Iulio.

Officin. HERNIARIAE ſ. MILLEGRANAE Herba.

Calyx ſaepe 4-partitus *Stamina* 4.

VLMVS. *L. g.* 345.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus. *Cor.* 0. *Stigm.* pubeſcentia. *Peric.* exſuccum, compreſſo-membranaceum, 1-ſpermum.

257.

257. VLMVS *campestris* foliis duplicato-serratis: basi inaequalibus. *L. f.* 1. *p.* 631.
Ad *pagos* vulgaris; Aprili.
Officin. VLMI Cortex medius.
In pluribus *stamina* 4, vix vmquam 5.

c. *Flores pentapetali, superi, dispermi. Vmbellatae.*

A. *Inuolucro vniuersali et partiali.*

ERYNGIVM. *L. g.* 354.

Flor. capitati. *Receptac.* (loco vmbellae) conicum, paleaceum.

258. ERYNGIVM *campestre* foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-laciniatis. *L. f.* 1. *p.* 649.
In *incultis*, *versuris*, ad *vias* vbique; Iulio.
Officin. ERYNGII Radix, Herba.

HYDROCOTYLE. *L. g.* 355.

Flor. subumbellati, fertiles. *Vmbella* simplex. *Inuolucr.* totidem foliola quot flores. *Pet.* integra. *Sem.* semiorbiculata, compressa, alata.

259. HYDROCOTYLE *vulgaris* foliis peltatis, vmbellis quinquefloris. *L. f.* 1. *p.* 651.
In inundatis *am Teiche zwischen der Heide und Dölau* copiose; Iunio, Iulio.
Vmbella e centro prolifera, hinc flores potius verticillato-spicati, quam vmbellati.

SANICVLA. *L. g.* 356.

Flor. subumbellati: *disci* masculi. *Vmb.* conferta, subcapitata. *Sem.* muricata.

260. SANICVLA *europaea* foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. *L. f.* 1. *p.* 652.
In nemoribus vmbrosis ad *Montem serenum*, *Krosigk*, *Brena*, *Lodersleben*, *Schmon* frequens; Maio, Iunio.

Offi-

Officin. SANICVLAE Herba.

Polygama monoica, ob flores difci mafculos.

HERACLEVM. *L. g.* 375.

Inuol. caducum. *Flor.* difformes, hermaphroditi: *petalis* inflexo - emarginatis. *Fruct.* ellipticus, compreffus, ftriatus, marginatus.

261. HERACLEVM *Sphondylium* foliis pinnatis fcabris: foliolis pinnatifidis.

H. *Sph.* foliis pinnatifidis laeuibus, floribus vniformibus. *L. f.* 1. *p.* 686.

In *nemoribus* et *pratis* nemorofis praefertim humidis frequens; Iulio.

Officin. BRANCAE VRSI Herba (*male pro* Acantho.)

262. HERACLEVM *anguftifolium* foliis cruciato - pinnatis: foliolis linearibus. *L. f.* 1. *p.* 687.

Cum praecedente *in der Peifsnitz* ad *Gimritz* et alibi paffim; Iulio. 40.

OENANTHE. *L. g.* 382.

Inuol. vniuerf. 1 - phyllum, rarius o. *Flor.* fubfeffiles, difformes: *radii* mafculi. *Sem.* fubouata, perianthio fubulato et piftillis coronata.

263. OENANTHE *fiftulofa* ftolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiftulofis. *L. f.* 1. *p.* 699.

In foffis et inundatis *in den Pulverweiden*, ad *Paffendorf* et alibi frequens; Iunio.

CAVCALIS. *L. g.* 362.

Inuol. fimplicia, margine membranacea. *Flor.* radiati: *difci* mafculi. *Sem.* muricata, fetis hifpida.

264. CAVCALIS *grandiflora* inuolucris fingulis pentaphyl-

taphyllis: foliolo vnico duplo maiore. *L. ſ.* I. *p.* 664.

Echinophora flore magno. *Riv. pent.* 25. *Buxb. hal.* 99.

In agris arenoſis ad *Querfurth* rariſſime; Iulio. Semel tantum a *Buxbaum* lecta.

265. CAVCALIS *daucoides* vmbellis trifidis aphyllis: vmbellulis triſpermis triphyllis. *L. ſ.* I. *p.* 664.

In agris montoſis inter ſegetes ad *Giebichenſtein* frequens; ad *Seben*, *Gutenberg* et alibi paſſim; in vineis ad *Benſtädt* frequens: Iunio.

266. CAVCALIS *latifolia* vmbella vniuerſali trifida: partialibus pentaſpermis, foliis pinnatis ſerratis. *L. ſ.* I. *p.* 665.

Echinophora ſemine magno. *Riv. pent.* 26. *Buxb. hal.* 99.

In agris inter ſegetes ad *Freyburg;* Iunio, Iulio.

DAVCVS. *L. g.* 364.

Inuol. pinnatifida. *Vmb.* fructifera concauo-conniuens. *Flor.* ſubradiati: *radii* ſaepe feminei. *Sem.* ſubouata, (in noſtris et plerisque) pilis hiſpida.

267. DAVCVS *Carota* ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus neruoſis. *L. ſ.* I. *p.* 667.

In *ſepibus*, *dumetis*, *pratis*, *paſcuis* paſſim; Iunio, Iulio.

Officin. DAVCI SYLVESTRIS Semina.

268. DAVCVS *mauritanicus* ſeminibus hiſpidis, floſculo centrali ſterili carnoſo, receptaculo communi hemiſphaerico. *L. ſ.* I. *p.* 668.

In *pratis*, *paſcuis* paſſim; ad *Seeburg* copioſiſſime: Iunio, Iulio. 41.

In centro vmbellae flos magnus ſterilis purpureus.

TORDYLIVM. *L. g.* 361.

Inuol. ſimplicia: *partiale* vmbella fere longius. *Flor.* radiati, hermaphroditi. *Sem.* ſubrotunda, margine crenata.

269. TORDYLIVM *Anthriſcus* vmbellis confertis, foliolis ouato-lanceolatis pinnatifidis. *L. ſ.* 1. *p.* 663.

Ad *ſepes*, *dumeta*, in *nemoribus* caeduis copioſe; Iunio, Iulio.

Flos vnus alterue *diſci* ſaepe maſculus. *Semina* ſetis rigidis hamatis hiſpida.

LASERPITIVM. *L. g.* 374.

Inuol. polyphylla. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* inflexo-emarginata, patentia. *Sem.* 4-alata.

270. LASERPITIVM *latifolium* foliolis cordatis inciſo-ſerratis. *L. ſ.* 1. *p.* 683.

In nemoribus montoſis ſiccis *dem Mittelholze*, ad *Montem ſerenum* paſſim; ad *Löbechün im Oſtrauiſchen Holze* rarius: Iulio.

Officin. GENTIANAE ALBAE Radix.

271. LASERPITIVM *prutenicum* foliolis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis. *L. ſ.* 1. *p.* 685.

In nemoribus ſubhumidis ad *Wörmlitz im Görtz*, *im Merbitziſchen Holze* paſſim; Auguſto. 42.

Etiam in his interdum flos vnus alterue diſci maſculus.

PEVCEDANVM *L. g.* 370.

Inuol. ſimplicia, breuiſſima. *Flor.* vniformes: *diſci* maſculi. *Sem.* ouata, depreſſa, ſtriata, ala cincta.

272. PEVCEDANVM *officinale* foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 679.

In pratis ad *Wörmlitz*, *Lettin*, *Schkopau*, in ſylvaticis et nemoroſis *in der Heide*, *hinter Gutenberg* frequens; Iulio.

Offi-

Officin. PEVCEDANI Radix.

273. PEVCEDANVM *Silaus* foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis, inuolucro vniuerſali diphyllo. *L. ſ.* 1. *p.* 679.

In *pratis* humidiuſculis vbique; Iulio.

Vix vnus alterue flos diſci maſculus.

CONIVM. *L. g.* 367.

Inuol. partial. dimidiata, ſubtriphylla. *Flor.* ſubuniformes, hermaphroditi. *Sem.* gibba, ſubhemiſphaerica, coſtato-ſulcata.

274. CONIVM *maculatum* ſeminibus ſtriatis. *L. ſ.* 1. *p.* 672.

In *ruderatis* pinguibus vmbroſis, *pomoeriis*, circa pagos ad *Seben* et alibi paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. CONII MACVLATI ſ. CICVTAE MAIORIS STOERKII Herba, Semina.

BVNIVM *L. g.* 366.

Vmbella conferta. *Inuolucella* ſetacea. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* cordata. *Sem.* ouata, ſtriata.

275. BVNIVM *Bulbocaſtanum* inuolucro polyphyllo. *L. ſ.* 1. *p.* 671.

Bulbocaſtanum. *Tab. icon.* 143. *Buxb. hal.* 47. *Knauth hal* 84.

In agris et aruis inter ſegetes ad *Saasdorf, Eisleben;* Iulio.

ATHAMANTA. *L. g.* 369.

Inuol. polyphylla. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* inflexo-emarginata. *Sem.* ouato-oblonga, conuexa, ſtriata.

276. ATHAMANTA *Libanotis* foliis bipinnatis planis, vmbella hemiſphaerica, ſeminibus hirſutis. *L. ſ.* 1. *p.* 675.

Libanotis. *Riv. pent.* 36. *Buxb. hal.* 185.

In montofis ficcis apricis ad *Seben* rarius; Iulio.

Libanotis *Riv.* a *Linné* ad Ath. *fibiricam* refertur, nullum tamen dubium eft *Buxbaum* Ath. *Libanot.* indigitaffe.

277. Athamanta *Ceruaria* foliolis pinnatis decuffatis inciſo-angulatis, feminibus nudis. *L. f.* 1. *p.* 676.

In montofis fyluaticis *in der Heide* et alibi paffim; Iulio, Augufto.

278. Athamanta *Oreofelinum* foliolis diuaricatis. *L. f.* 1. *p.* 677.

In apricis ficcis ad *Cröllwitz*, *in der Heide*, *im Mittelholze*, in pratis ad *Seben*, *Gutenberg* paffim; ad *Lettin* frequens: Iulio.

Officin. Oreoselini Radix, Herba.

BVPLEVRVM. *L.* g. 358.

Inuol. partial. magna, 5-phylla. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* inuoluta. *Sem.* ouato-oblonga, compreffa, ftriata.

279. Bvplevrvm *rotundifolium* inuolucris vniuerfalibus, nullis foliis perfoliatis. *L. f.* 1. *p.* 654.

In agris inter fegetes ad *Benftädt*, *Kelme*, *Langenbogen* copiofe; Iunio, Iulio.

Officin. Perfoliatae Herba, Semina.

280. Bvplevrvm *longifolium* inuolucellis pentaphyllis ouatis; vniuerfali fubpentaphyllo, foliis amplexicaulibus. *L. f.* 1. *p.* 656.

In montofis ad *Schmon* paffim; Iunio.

Folia ouata, profunde amplexicaulia: *radicalia* petiolata.

281. Bvplevrvm *falcatum* inuolucellis pentaphyllis acutis; vniuerfali fubpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuofo. *L. f.* 1. *p.* 656.

In fyluaticis et nemoribus dumetofis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Gutenberg* et alibi paffim; Iulio.

282. Bvplevrvm *rigidum* caule dichotomo fubnudo, inuolucris minimis acutis. *L. f.* 1. *p.* 658.

B. la-

B. latifolium. *Tab. icon.* 872. *Buxb. hal.* 47. *Knauth hal.* 88.

In nemoribus *dem Mittelholze*, ad *Montem ferenum*; Iulio.

283. BVPLEVRVM *tenuissimum* vmbellis simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris. *L. f.* 1. *p.* 658.

In inundatis *beym Fasanhause* passim; *in der Heide*, in littoribus *lacus falsi* rarius: Iulio, Augusto.

SIVM. *L. g.* 378.

Inuol. polyphylla: *vniuers.* reflexum. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* subouata, striata.

284. SIVM *latifolium* foliis pinnatis, vmbella terminali. *L. f.* 1. *p.* 693.

In fossis ad *Passendorf*, *Nietleben*, *Seben*, *Gutenberg* et alibi copiose; Iulio.

285. SIVM *angustifolium* foliis pinnatis, vmbellis axillaribus pedunculatis, inuolucris pinnatifidis. *L. f.* 1. *p.* 693.

In aquosis ad *Löbecbün an der Fuhne* frequens; in fossis ad *Gröbzig* copiosissime: Iulio. 43.

286. SIVM *Falcaria* foliolis linearibus decurrentibus connatis. *L. f.* 1. *p.* 694.

Ad *vias*, in *versuris*, *pomariis*, inter *segetes* vbique; Iulio.

SELINVM. *L. g.* 368.

Inuol. reflexum. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ouali-oblonga, compresso-plana, medio striata, lateribus membranaceis.

287. SELINVM *syluestre* radice fusiformi multiplici, *L. f.* 1. *p.* 673. stylis erectis, corollulis explicatis. *Linn. suppl.* 180.

Thyssélinum. *Riv. pent.* 12. *Rupp. ien.* 276.

Apium fylueftre Dodonaei, Thyffelinum quorundam. *Bauh. hift.* 3. *p.* 2. *p.* 188. *Knauth. hal.* 91.
In nemorofis humidis *beym Fafanhaufe* ; ad *Seben*, *Gutenberg* ; Iulio.
Officin. Olsnitii Radix.
Folia vulnerata lactefcunt.

288. Selinvm *Caruifolia* caule fulcato acutangulo, inuolucro vniuerfali euanido, ftylis erectis, petalis conniuentibus *Linn. fuppl.* 180. *L. f.* 1. *p* 674.
In pratis *in den Pulverweiden*, in nemorofis ad *Gimritz*, *in der Heide* et alibi paffim; Iulio, Augufto.

ANGELICA. *L. g.* 377.

Inuol. partial. polyphylla. *Vmbellulae* globofae. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ouata, angulata, marginata, fulcis 3 exarata.

289. Angelica *fylueftris* foliolis aequalibus ouato-lanceolatis ferratis. *L. f.* 1. *p.* 691.
In nemoribus fubhumidis ad *Dölau*, *Seben*, *Gutenberg* paffim; Iulio, Augufto.
Officin. Angelicae sylvestris Radix.

B. *Inuolucris partialibus:* nec vniuerfali.

AETHVSA. *L. g.* 385.

Inuolucella dimidiata, 3-phylla, pendula. *Flor.* fubuniformes, hermaphroditi. *Sem.* fubrotunda, fulcata.

290. Aethvsa *Cynapium* foliis conformibus. *L. f.* 1. *p.* 703.
In *cultis* oleraceis pinguioribus vbique; aeftate.
Inuolucella interdum 4- 5-phylla.

CORIANDRVM. *L. g.* 386.

Inuolucella dimidiata, 3-phylla. *Flor.* difformes: *difci* mafculi. *Sem.* hemifphaerica, concaua.

291.

291. Coriandrum *satiuum* fructibus globosis. *L. s.* 1. *p.* 704.

In cultis oleraceis ad *Diemitz* rarius; Iunio.

Officin. Coriandri Semina.

Peregrinae forte originis.

SCANDIX. *L. g.* 387.

Flor. difformes: *disci* saepe masculi. *Sem.* oblonga, subulata.

292. Scandix *Pecten Veneris* seminibus rostro longissimo. *L. s.* 1. *p.* 705.

In agris inter segetes ad *Diemitz*, *Seben* et alibi frequens; Maio.

293. Scandix *Cerefolium* seminibus nitidis ouato-subulatis, vmbellis sessilibus lateralibus. *L. s.* 1. *p.* 706.

Ad *sepes*, in *ruderatis*, *aggeribus* passim; *im Zwinger hinter der Schulkirche* copiose; Maio.

Officin. Cerefolii Herba, Semina.

294. Scandix *Anthriscus* seminibus ouatis hispidis, corollis vniformibus, caule laeui. *L. s.* 1. *p.* 706.

In *aggeribus*, *pomoeriis*, ad *sepes*, *pagos* frequens; Maio.

In Scandice *Cerefolio* et *Anthrisco* flores omnes hermaphroditos vidi.

CHAEROPHYLLVM. *L. g.* 388.

Inuolucella reflexa, concaua. *Flor.* subuniformes. *disci* masculi. *Sem.* oblonga, superne attenuata, laeuia.

295. Chaerophyllvm *syluestre* caule striato, geniculis tumidiusculis. *L. s.* 1. *p.* 708.

In *pomariis*, *pratis*, ad *sepes* vbique; Maio, Iunio.

Officin. Cicvtariae Herba.

296. CHAEROPHYLLVM *bulbofum* caule laeui, geniculis tumido: bafi hirto. *L. f.* 1. *p.* 709.
In dumetis marginibus nemorum et fepibus praefertim locis humidiufculis ad *Paffendorf*, *Beichlitz*, *Seben*, *Gutenberg* et alibi frequens; Iunio.

297. CHAEROPHYLLVM *temulentum*, caule fcabro: geniculis tumidis *L. f.* 1. *p.* 710.
In *dumetis*, *ruderatis*, ad *fepes* locis pinguibus vmbrofis vulgare; aeftate.

298. CHAEROPHYLLVM *hirfutum* caule aequali, foliolis incifis acutis, fructibus biariftatis. *L. f.* 1. *p.* 710.
In nemoribus ad *Schmon* paffim; Iunio, Iulio. 44.

PHELLANDRIVM. *L. g.* 383.

Flor. fubdifformes, hermaphroditi. *Sem.* ouata, glabra, leuiter ftriata, coronata perianthio et piftillis.

299 PHELLANDRIVM *aquaticum* foliorum ramificationibus diuaricatis. *L. f.* 1. *p.* 701.
In foffis, pifcinis, aquis ftagnantibus ad *Paffendorf* et alibi frequens; Iunio.
Officin. PHELLANDRII Semina.

IMPERATORIA. *L. g.* 389.

Inuolucella fub 1-phylla, tenuiffima. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ouata, marginata, fulcis 2-exarata.

300. IMPERATORIA *Oftruthium*. *L. f.* 1. *p.* 712.
In nemoribus ad *Montem ferenum*, *Löbechün*, *Brena* rariffime; Iunio.
Officin. IMPERATORIAE Radix.

SESELI. *L. g.* 390.

Vmbellae rigidulae: *partial.* globofae. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Sem.* ouata, ftriata.

301. SESELI *annuum* petiolis rameis membranaceis ventricoſis emarginatis. *L. ſ.* 1. *p.* 714.
In montoſis ad *Seben*, *in der Heide* frequens; Iulio, Auguſto.

302. SESELI *tortuoſum*, caule alto rigido, foliolis linearibus faſciculatis. *L. ſ.* 1, *p.* 715.
In ſyluaticis aridioribus *in der Heide* rarius; Auguſto.

303. SESELI *Hippomarathrum* inuolucellis connato-monophyllis. *L. ſ.* 1. *p.* 715.
In montoſis ſiccis ad *Kelme* copioſe; *auf dem Schweizerling* ad *Wettin* rarius: Iulio.

CICVTA. *L. g.* 384.

Vmb. univ. et part. ſubrotunda. *Inuolucella* polyphylla, ſetoſa. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Styli* corolla longiores, perſiſtentes. *Sem.* ſubouata, ſtriata.

304. CICVTA *viroſa* vmbellis oppoſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis. *L. ſ.* 1. *p.* 702.
Cicutaria. *Riv. pent.* 76. *Buxb. hal.* 74.
In aquis ſtagnantibus putridis alnetorum ad *Bitterfeld*; Iulio.
Officin. CICVTAE ſ. CICVTAE AQVATICAE WEPFERI Herba.

C. *Inuolucro nullo:* nec vniuerſali, nec partialibus.

CARVM. *L. g.* 395.

Inuoluc. vniuerſ. ſaepe 1-phyllum. *Flor.* vniformes: *diſci* maſculi. *Sem.* ouato-oblonga, gibba, ſtriata.

305. CARVM *Carui*. *L. ſ.* 1 *p.* 722.
In *pratis* copioſiſſime; Maio, Iunio.
Officin. CARVI Herba, Semina.

PASTINACA. *L. g.* 392.

Flor. vniformes, hermaphroditi. *Sem.* elliptica, compreſſo-plana, marginata.

306. Pastinaca *ſatiua* foliis ſimpliciter pinnatis. *L. ſ.* 1. *p.* 719.

In *pratis* et *paſcuis* ſubhumidis, *pomariis*, ad *aquas* copioſe; Iulio, Auguſto.

Officin. Pastinacae Radix, Semina.

ANETHVM. *L. g.* 394.

Flor. vniformes hermaphroditi. *Pet.* inuoluta, integra. *Sem.* ſubouata, ſtriata.

307. Anethvm *graueolens* fructibus compreſſis. *L. ſ.* 1. *p.* 721.

In *cultis* oleraceis paſſim; aeſtate.

Officin. Anethi Herba, Flores, Semina.

308. Anethvm *Foeniculum* fructibus ouatis. *L. ſ.* 1. *p.* 722.

In cultis oleraceis ad *Diemitz*, *pomariis* rarius; Iulio, Auguſto. Vix ſpontaneum.

Officin. Foenicvli Radix, Herba, Semina.

AEGOPODIVM. *L. g.* 398.

Vmb. vniuerſ. conuexa; *partial.* plana. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Styli* longitudine corollulae. *Sem.* ouato-oblonga, gibba, ſtriata.

309. Aegopodivm *Podagraria* foliis caulinis ſummis ternatis. *L. ſ.* 1. *p.* 726.

In *pomariis*, *nemoribus*, ad *ſepes* vbique; Iunio.

APIVM. *L. g.* 397.

Inuol. ſub 1-phylla. *Flor.* vniformes: *diſci* maſculi. *Sem.* minuta, ouata, ſtriata.

310. Apivm *graueolens* foliis caulinis cuneiformibus, vmbellis sessilibus. *L. f.* 1. *p.* 726.
In fossis et aquosis ad *Passendorf*, *Seben* et alibi passim; Iulio.
Officin. Apii Radix, Herba, Semina.

PIMPINELLA. *L. g.* 396.

Vmbellae ante florescentiam nutantes. *Flor.* subuniformes, hermaphroditi. *Stigm.* subglobosa. *Sem.* ouato-oblonga, striata.

311. Pimpinella *saxifraga* foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; summis linearibus. *L. f.* 1. *p.* 723.
α. Pimpinella minor. *Riv. pent.* 82.
β. Pimpinella media. *l. c.* 81.
In *pomoeriis*, *pascuis siccis*, *collibus* apricis aridis vulgaris; Iulio, Augusto.
Officin. Pimpinellae albae s. Pimp. nostratis Radix, Herba, Semina.

312. Pimpinella *magna* foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *L. f.* 1. *p.* 723.
In pratis nemorosis humidiusculis ad *Passendorf* et alibi frequens; Iunio, Iulio.
Officin. Pimpinellae nigrae Radix.

TRIGYNIA.

a. Flores superi.

VIBVRNVM. *L. g.* 400.

Cor. campanulata, 5-fida. *Bacca* 1-sperma.

313. Vibvrnvm *Lantana* foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis. *L. f.* 1. *p.* 733.

In

In nemoribus montosis ad *Seben* rarissime, ad *Gutenberg* passim., *in den Schmonischen Bergen* frequens; Maio.

314. VIBVRNVM *Opulus* foliis lobatis, petiolis glandulosis. *L. s.* 1. *p.* 734.

In nemorosis subhumidis ad *Passendorf*, *in der Peissnitz* et alibi copiosissime; Maio.

SAMBVCVS. *L. g.* 402.

Cor. rotato-concaua, 5-fida. *Bacca* 3-sperma.

315. SAMBVCVS *Ebulus* cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *L. s.* 1. *p.* 736.

In sepibus et circa pagos ad *Rideburg* et alibi rarius; Iunio.

Officin. EBVLI Radix, Cortex interior, Folia, Flores, Baccae, Semina.

316. SAMBVCVS *nigra* cymis quinquepartitis, caule arboreo. *L. s.* 1. *p.* 737.

In *sepibus*, ad *pagos* vulgaris; Iunio.

Officin. SAMBVCI Cortex interior, Folia, Flores, Baccae, Semina.

317. SAMBVCVS *racemosa* racemis compositis ouatis, caule arboreo. *L. s.* 1. *p.* 738.

In nemoribus montosis humidis ad *Rosleben* passim; Maio. 45.

b. Flores inferi.

STAPHYLEA. *L. g.* 404.

Cal. 5-partitus, coloratus. *Pet.* 5. *Caps.* inflatae, connatae. *Sem.* ossea.

318. STAPHYLEA *pinnata* foliis pinnatis. *L. s.* 1. *p.* 739.

In hortis eorumque confiniis ad *Mücheln* et alibi rarius, vix spontanea; Maio, Iunio. 46.

Styli saepe 2.

ALSI-

ALSINE. *L. g.* 411.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5, aequalia. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

319. ALSINE *media* petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. *L. ſ.* 1. *p.* 746.

In *hortis, cultis* vbique; tota aeſtate.

Officin. ALSINES Herba.

TETRAGYNIA.

PARNASSIA. *L. g.* 415.

Cal. 5-partitus. *Pet.* 5. *Nectar.* 5, cordata, ciliato-glanduloſa. *Capſ.* 4-ualuis.

320. PARNASSIA *paluſtris.* *L. ſ.* 1. *p.* 749.

In pratis humidis et vliginoſis verſus *Nietleben*, *Canena*, *Seben* et alibi frequens; Auguſto.

Officin. HEPATICAE ALBAE Herba, Flores.

PENTAGYNIA.

LINVM. *L. g.* 419.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5. *Capſ.* 5-ualuis, 10-locularis. *Sem.* ſolitaria.

321. LINVM *catharticum* foliis oppoſitis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *L. ſ.* 1. *p.* 765.

In pratis ſucculentis *in den Pulverweiden*, verſus *Nietleben*, ad *Seben* et alibi copioſiſſime; aeſtate.

Officin. LINI CATHARTICI Herba.

Interdum *Cal.* 4-phyllus. *Pet.* 4. *Stam.* 4. *Piſt.* 4.

322. LINVM *Radiola* foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *L. ſ.* 1. *p.* 765.

In arenoſis humidis *beym Faſanhauſe*, *zwiſchen Cröllwitz und der Heide*, in paludoſis Sphagno repletis *hinter der Heide nach Dölau zu* frequens; aeſtate.

DRO-

DROSERA. *L. g.* 421.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus. *Pet.* 5. *Capſ.* 1-locularis, apice 5-ualuis, polyſperma.

323. DROSERA *rotundifolia* ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *L. ſ.* 1. *p.* 766.

In paludoſis *hinter der Heide* verſus *Dölau*, ad *Nietleben*, *Canena* frequens; Iulio, Auguſto.

Officin. RORIS SOLIS ſ. RORELLAE Herba.

324. DROSERA *longifolia* ſcapis radicatis, foliis ouali-oblongis. *L. c.*

Inter *praecedentem* rariſſime.

STATICE. *L. g.* 418.

Cal. propr. 1-phyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. *Sem.* 1, calyce infundibuliformi veſtitum.

325. STATICE *Armeria* ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus. *L. ſ.* 1. *p.* 753.

α. Caryophyllus montanus maior, flore globoſo. *Bauh. pin.* 211.

β. Caryophyllus montanus minor, fl. globoſo. *Ibid.*

In *paſcuis*, *aggeribus*, ad *vias*, *ſemitas*; *β.* praeſertim in *collibus* aridis apricis vbique; aeſtate.

POLYGYNIA.

MYOSVRVS. *L. g.* 426.

Cal. 5-phyllus, ſupra baſin adnatus. *Nectar* 5, lingulata, petaliformia. *Recept.* longiſſimum, *ſeminib.* numeroſis tectum.

326. MYOSVRVS *minimus. L. ſ.* 1. *p.* 778.

In *agris* arenoſis, *cultis*, *muris* limoſis vulgaris; Maio. Aprili.

CLAS-

CLASSIS. VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

a. Flores calyculati, calyce corollaque instructi.

BERBERIS. *L. g.* 476.

Cal. 6-phyllus inferus. *Pet.* 6, ad basin glandulis nectariferis 2. *Styl.* o. *Bacc.* 2-spermae.

327. Berberis *vulgaris* pedunculis racemosis. *L. f.* 2. *p.* 106.

In sepibus et dumetis *in den Pulverweiden*, ad *Seben*, *Nauendorf Saxon. Nietleben* rarius; in vinea ad *Müchеln* passim: Maio.

Officin. Berberidis Baccae.

b. Flores spathacei.

LEVCOIVM. *L. g.* 434.

Cor. supera, 6-petala, campanulata, apicibus incrassata.

328. Levcoivm *vernum* spatha vniflora, stylo clauato. *L. f.* 2. *p.* 15.

In nemoribus vmbrosis ad *Liebenau*, *Lodersleben*, *hinter Brena* passim; ad *Schraplau* frequens; Martio.

Scapus raro biflorus.

ALLIVM. *L. g.* 442.

Spatha multiflora. *Vmbella* congesta. *Cor.* infera, 6-petala, patens.

* *Foliis caulinis planis. Vmbella bulbifera.*

329. ALLIVM *Scorodoprasum* caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, staminibus tricuspidatis. *L. s.* 2. *p.* 32.

In pratis syluaticis *in der Heide* passim; Iunio.

330. ALLIVM *carinatum* caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. *L. s.* 2. *p.* 33.

In rupestribus ad *Giebichenstein*, montosis nemorosis *des Rocken- und Mittelholzes* frequens; Iulio.

* * *Foliis caulinis teretibus. Vmbella bulbifera.*

331. ALLIVM *vineale* caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspidatis. *L. s.* 2. *p.* 36.

α. A. syluestre campestre purpurascens. *Bauh. pin.* 74. *Buxb. hal.* 15.

β. Porrum syluestre, gemino capite. *Bauh. pin.* 72. *Knauth. hal.* 70.

α. In *pratis* et *pomariis*. *β. in der Heide, dem Mittelholze*; Iunio, Iulio.

332. ALLIVM *oleraceum* caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus subtus sulcatis, staminibus simplicibus. *L. s.* 2. *p.* 37.

In *pomoeriis*, *nemorosis*, *syluaticis* passim; Iulio, Augusto.

* * * *Foliis radicalibus. Scapo nudo.*

333. ALLIVM *angulosum* scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, vmbella fastigiata. *L. s.* 2. *p.* 39.

In pratis subhumidis *in den Pulverweiden*, ad *Passendorf* frequens; Iulio, Augusto.

334. ALLIVM *vrsinum* scapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, vmbella fastigiata. *L. s.* 2. *p.* 40.

In nemoribus vmbrosis subhumidis ad *Belberg auf der Rabeninsel*, ad *Liebenau*, *Brena* passim; Maio.

C. Flo-

c. *Flores nudi inferi.*

CONVALLARIA. *L. g.* 459.

Cor. 6-fida. *Bacca* ante maturitatem maculata, 3-locularis, 3-ſperma.

* Lilium conuallium *Tourn. coroll. campanulatis.*

335. CONVALLARIA *maialis* ſcapo nudo. *L. ſ.* 2. *p.* 73.
In *nemoribus* montoſis vmbroſis copioſiſſime; Maio.
Officin. LILII CONVALLII Flores.

* * Polygonata *Tourn. coroll. infundibuliformibus.*

336. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *L. ſ.* 2. *p.* 74.
In ſyluaticis et nemoribus montoſis aſperis *in der Heide*, ad *Seben*, *Gutenberg* rarius: ad *Dölau* frequens; Maio.
Officin. SIGILLI SALOMONIS Radix.
Pedunculi ſaepe biflori.

337. CONVALLARIA *multiflora* foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *L. ſ.* 2. *p.* 74.
In *nemoribus* et *ſyluaticis* montoſis copioſe; Maio.

* * * Smilax *Tourn. corollis rotatis.*

338. CONVALLARIA *bifolia* ſoliis cordatis, floribus tetrandris. *L. ſ.* 2. *p.* 75.
In pratis *nemoroſis* vmbroſis copioſiſſime; Maio, Iunio.
Officin. VNIFOLII. Herba.
Pedicelli gemini. *Corolla* 4-partita. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis, diſperma.

HYACINTHVS. *L. g.* 461.

Cor. limbo 6-fido, reflexo. *Germinis* ad apicem pori 3 melliferi. *Capſ.* rotundo-3-quetra.

339. HYACINTHVS *comoſus* corollis angulato - cylindricis: ſummis ſterilibus longius pedicellatis. *L. ſ.* 2. *p.* 79.

In ſyluaticis et nemoroſis montoſis apricis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Seben*, *im Rocken- und Mittelholze* frequens; Maio, Iunio.

340. HYACINTHVS *botryoides* corollis globoſis vniformibus, foliis canaliculato - cylindricis ſtrictis. *L. ſ.* 2. *p.* 80.

In locis gramineis *hortorum* eorumque confiniis paſſim; Aprili, Maio. 47.

ANTHERICVM. *L. g.* 455.

Cor. 6 - petala, patens. *Capſ.* ouata.

341. ANTHERICVM *ramoſum* foliis planis, ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. *L. ſ.* 2. *p.* 62.

In ſyluaticis et nemoroſis montoſis *in der Heide*, ad *Liſskau*, *im Mittelholze* paſſim; *bey dem Hügel an der Gimritzer Wieſe*, ad *Löbechün* rarius; *auf dem Tannenberge* ad *Gutenberg* copioſe: Iunio.

342. ANTHERICVM *Liliago* foliis planis, ſcapo ſimpliciſſimo, corollis planis, piſtillo declinato. *L. ſ.* 2. *p.* 63.

In ſyluaticis et nemoroſis montoſis apricis *in der Heide*, *im Rockenholze* frequens; Maio, Iunio. *Scapus* interdum ramoſus.

ORNITHOGALVM. *L. g.* 451.

Cor. 6 - petala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens.

* *Staminibus omnibus ſubulatis.*

343. ORNITHOGALVM *luteum* ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis vmbellatis ſimplicibus. *L. ſ.* 2. *p.* 53.

In *pomariis*, *cultis*, *agris* vbique; Martio, Aprili.

344. ORNITHOGALVM *minimum* ſcapo angulato diphyllo, pedunculis vmbellatis ramoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 53.
In *agris* paſſim; Martio, Aprili.

* * *Staminibus alternis baſi dilatatis.*

345. ORNITHOGALVM *vmbellatum* floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis baſi dilatatis. *L. ſ.* 2. *p.* 56.
In collibus ad *Giebichenſtein*, *Trotha*, *Seben* frequens; Maio.

SCILLA. *L. g.* 452.

Cor. 6-petala, patens, decidua. *Filam.* filiformia.

346. SCILLA *amoena* floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. *L. ſ.* 2. *p.* 58.
In *pomoeriis* paſſim; Maio. Peregrinae originis. 48.

ASPARAGVS. *L. g.* 457.

Cor. 6-partita, erecta. *Styl.* breuiſſimus. *Bacca* globoſa, 3-locularis, 6-ſperma.

347. ASPARAGVS *officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *L. ſ.* 2. *p.* 68.
In *pratis* frequens; in *nemoribus*, *ſyluaticis*, ad *ſepes* paſſim: Iunio.
Officin. ASPARAGI Radix, Baccae, Semina.

LILIVM. *L. g.* 443.

Cor. 6-petala: linea longitudinali nectarifera. *Styl.* longitudine corollae. *Capſ.* valuulis pilo cancellato connexis.

348. LILIVM *Martagon* foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis reuolutis. *L. ſ.* 2. *p.* 45.
In ſyluaticis et nemoribus montoſis *in der Heide*, ad *Dölau*, *im Zorgs*, *Rocken- und Mittelholze*, ad *Löbechün* paſſim; Iunio.

TVLIPA. *L. g.* 448.

Cor. 6-petala, campanulata. *Styl.* o. *Stigma* 3-lobum.

349. Tvlipa *syluestris* flore subnutante, foliis lanceolatis. *L. s.* 2. *p.* 50.
In *pomariis* rarius; Maio.

d. Flores incompleti.

ACORVS. *L. g.* 468.

Spadix e margine folii, cylindricus, tectus flosculis. *Styl.* o. *Caps.* 3-locularis.

350. Acorvs *Calamus*. *L. s.* 2. *p.* 92.
In fossis paludosis ad *Passendorf* et alibi copiose; Iunio, Iulio.
Officin. Calami vvlgaris, s. aromatici Radix.

IVNCVS. *L. g.* 471.

Cal. 6-phyllus, persistens. *Cor.* o. *Caps.* 1-locularis, 3-ualuis.

* *Culmis nudis.*

351. Ivncvs *conglomeratus* culmo nudo stricto, capitulo laterali. *L. s.* 2. *p.* 94.
In *vliginosis*, ad *fossas*, *aquas*, *piscinas* vulgaris; Iunio, Iulio.

352. Ivncvs *effusus* culmo nudo stricto, panicula laterali. *L. s.* 2. *p.* 94.
In *vliginosis*, *aquis stagnantibus*, ad *fossas* frequens; Iunio, Iulio.

353. Ivncvs *inflexus* culmo nudo: apice membranaceo incuruo, panicula laterali. *L. s.* 2. *p.* 95.
α. I. acumine reflexo, maior. *Moris. hist.* 3. *p.* 233. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 25.
β. I. acum. reflexo, alter. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 22. *theatr.* 185. *Scheuchz. gram.* 345. *n.* 5.

γ. I. acutus vulgaris. *Moris. hist.* 3. *p.* 232. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 13.

Cum *praecedentibus* frequens; Iulio.

354. IVNCVS *squarrosus* culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *L. s.* 2. *p.* 96.

I. paruus, cum pericarpiis rotundis. *Bauh. hist.* 2. *p.* 522. *Buxb. hal.* 169.

In cespitosis ad *vias* passim; Iunio.

* * *Culmis foliosis.*

355. IVNCVS *articulatus* foliis nodoso-articulatis, petalis obtusis. *L. s.* 2. *p.* 97.

α. I. *art. aquaticus* foliis articulatis compressis, panicula semel ramosa. *Hall. helv.* 1322. *Leers herborn.* 265. *α. t.* 13. *f.* 6.

β I. *art. viuiparus.*

Gramen iunceum, folio articuloso, cum vtriculis. *Bauh. prodr.* 12. *Scheuch. gram.* 333. *Leers herborn.* 265. *β.*

γ. I. *art. syluaticus* fol. teretibus articulatis, panicula repetito-ramosa. *Hall. helv.* 1323. *Leers l. c.* γ.

In pratis vliginosis inundatis ad fossas, α. *hinter den Königlichen Salzkothen*, ad *Nietleben*, *Dölau* et alibi copiose; β. *im Teiche bey Dölau* rarius; γ. ad *piscinam eamdem*, ad *Gutenberg* frequens: Iunio, Iulio. β. Iulio, Augusto.

356. IVNCVS *bulbosus* foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. *L. s.* 2. *p.* 97.

In *pratis* et *pascuis* humidis, ad *fossas*, *vias* copiose; Iunio, Iulio. 49.

357. IVNCVS *bufonius* culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. *L. s.* 2. *p.* 98.

α. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, erectum. *Scheuchz. gram.* 327.

β. Gr. nem. calyc. paleaceis, species altera procerior. *l. c.* 328. *Leers herborn.* 267. *β.*

In *humidis* et *inundatis* vbi aquae ſtagnarunt vulgaris; *β.* praeſertim in *nemoroſis* vdis frequens: aeſtate.

358. Ivncvs *piloſus* foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *L. ſ. 2. p.* 100.

α. I. foliis gramineis hirſutis, floribus vmbellatis ſolitariis petiolatis ariſtatis. *Hall. helv.* 1325.

β. I. foliis gramineis, panicula laxa, petalis mollibus breuiter ariſtatis. *Hall. helv.* 1326.

γ. I. *nemoroſus* foliis planis piloſis, floribus faſciculatis. *Poll. pal.* 352. *α.*

α. In nemoribus *im Lindberg, Zorgs, Rocken - und Mittelholze* paſſim; ad *Erdeborn* copioſe: Aprili, Maio. *β.* In vmbroſis *in der Heide, im Petersbergiſchen Holze*; *γ.* cum *praecedente* et ad *Löbechün* paſſim; Maio, Iunio.

359. Ivncvs *campeſtris* foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. *L. ſ.* 2. *p.* 101.

α. Iuncoides villoſum, capitulis Pſyllii. *Scheuchz. gram.* 310.

β Iuncoides hirſutum, capitulo glomerato. *l. c.* 312.

α. In *ſiccis* apricis vbique; *β.* ad vias *in der Heide* paſſim: Aprili, Maio.

PEPLIS *L. g.* 482.

Cal. campanulatus: ore 12-fido. *Pet.* 6, minutiſſima, fugaciſſima, calyci inſerta. *Capſ.* 2-locularis.

360. Peplis *Portula* floribus apetalis. *L. ſ.* 2. *p.* 112.
In paludoſis ad *Dôlau*, in nemoroſis inundatis et ad foſſas prope *Nietleben* rarius; Iulio, Auguſto.

TRI-

TRIGYNIA.

COLCHICVM. *L. g.* 492.

Cal. ſpathae vagae. *Cor.* 6-partita: *tubo* radicato. *Capſ.* 3-loba, inflata.

361. Colchicvm *autumnale* foliis planis lanceolatis erectis. *L. ſ.* 2. *p.* 129.
In *pratis* ſucculentis vbique; Septembri.
Officin. Colchici Radix, (Bulbus.)

TRIGLOCHIN. *L. g.* 488.

Cal. 3-phyllus. *Pet.* 3, calyciformia. *Styl.* o. *Stigmata* 3 ſ. 6. *Capſ.* baſi dehiſcens.

362. Triglochin *paluſtre* capſulis trilocularibus ſublinearibus. *L. ſ.* 2. *p.* 125.
In pratis humidis ad *Seben*, *Canena* et alibi frequens; Iunio.

363. Triglochin *maritimum* capſulis ſexlocularibus ouatis. *L. ſ.* 2. *p.* 126.
Cum *praecedente auf der kleinen Wieſe*, *bey der Steinmühle*, ad riuulum ſalſum prope *Giebichenſtein*, paſſim; ad piſcinas prope *Kelme*, *Langenbogen*, ad *lacum ſalſum* copioſe: Iunio.

RVMEX. *L. g.* 485.

Cal. 3-phyllus. *Pet.* 3, conniuentia. *Sem.* 1, triquetrum, in corolla conniuente.

* *Hermaphroditi: valuulis granulo notatis.*

364. Rvmex *ſanguineus* floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis; vnica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *L. ſ.* 2. *p.* 115.
In *cultis* oleraceis paſſim; Iunio.
Officin. Lapathi sangvinei Radix, Semina.

365. Rvmex *criſpus* floribus hermaphroditis: valuu-

lis integris graniferis, foliis lanceolatis vndulatis acutis. *L. f.* 2. *p.* 115.

In pinguibus humidiufculis ad *domos*, *pagos*, *agge-res* frequens; Iunio.

366. Rvmex *maritimus* floribus hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *L. f.* 2. p. 117.

In littoribus Salae arenofis *hinter den Königlichen Salzkothen* et alibi paffim; Iunio.

367. Rvmex *acutus* floribus hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis *L. f.* 2. *p.* 117.

Ad *aquas*, in *humidis* vulgaris: Iunio.

Officin. Lapathi acvti Radix, Herba, Semina.

368. Rvmex *obtufifolius* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtufiufculis crenulatis. *L. f.* 2. *p.* 118.

In *cultis*, ad foffas et fcrobes circa *Diemitz* paffim; in fummo iugo *Montis fereni* inter rudera infigni magnitudine copiofiffime: Iunio.

Officin. Rhapontici Radix.

* * *Hermaphroditi: valuulis granulo deftitutis, f. nudis.*

369. Rvmex *aquaticus* floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *L. f.* 2. *p.* 119.

Ad ripas *Salae*, foffas verfus *Paffendorf* paffim; Iunio, Iulio.

Officin. Rhabarbari monachorvm Radix.

* * * *Floribus diclinis.*

370. Rvmex *Acetofa* floribus dioicis, foliis oblongis fagittatis. *L. f.* 2. *p.* 122.

α. Acetofa pratenfis. *Bauh. pin.* 114.

β. Oxalis crifpa. *Tab. icon.* 440.

In *pomariis*, *pratis* vulgaris; β. in *pinguioribus* rarius: Maio.

Officin. Acetosae (vvlgaris, f. nostratis) Radix, Herba, Semina.

371. RUMEX *Acetofella* floribus dioicis, foliis lanceolato-haftatis. *L. f.* 2. *p.* 123.

α. Oxalis ouina. *Tab. icon.* 440.

β. Oxalis minima I. *l. c.* 441.

γ. Oxalis minima II. *ibid.*

δ. Acetofa minor erecta, lobis multifidis. *Bocc. muf.* 164. *t.* 126.

In *aruis* arenofis, *pafcuis* ficcis, *collibus* apricis copiofiffime; δ. rarius: Maio et feqq.

POLYGYNIA.

ALISMA. *L. g.* 495.

Cal. 3-phyllus, perfiftens. *Pet.* 3. *Capf.* plures, 1-fpermae.

372. ALISMA *Plantago aquatica* foliis ouatis acutis, fructibus obtufe trigonis. *L. f.* 2. *p.* 132.

In aquofis et ad foffas *in den Pulverweiden*, *auf dem Werder hinter der Schleufe*, ad *Paffendorf*, *Seben* et alibi frequens; Iulio.

373. ALISMA *ranunculoides* foliis lineari-lanceolatis, fructibus globofo-fquarrofis. *L. f.* 2. *p.* 133.

In paludofis *in der Heide*, ad *Dölau* paffim; Iulio.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA

TRIENTALIS. *L. g.* 496.

Cal. 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, aequalis, plana, ſtellata. *Bacca* capſularis, exſucca.

374. TRIENTALIS *europaea* foliis lanceolatis integerrimis. *L. ſ.* 2. *p.* 136.

In ſyluaticis vmbroſis *im Lindberg* copioſiſſime; *ad Schmon im Mönchenbuſch* inter Vaccin. Myrtill. rarius: Maio, Iunio.

Numerus interdum variat a 5-7.

CLAS-

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

a. Flores completi.

EPILOBIVM. *L. g.* 507.

Cal. 4-phyllus, ſuperus. *Pet.* 4. *Capſ.* oblonga, 4-locularis. *Sem.* papposa.

* *Staminibus declinatis.*

375. Epilobivm *anguſtifolium* foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inaequalibus. *L. ſ.* 2. *p.* 151.

α. Lyſimachia Chamaenerion dicta anguſtifolia. *Bauh. pin.* 245.

β. Lyſ. Cham. dicta latifolia. *Ibid.*

α. In pratis humidis *in der Lucke*; β. in ſyluaticis montoſis *in der Heide*, *auf dem Schweizerling* ad *Wettin* paſſim: Iulio.

376. Epilobivm *latifolium*, foliis alternis lanceolato-ouatis, floribus inaequalibus. *L. ſ.* 2. *p.* 151.

In ſyluaticis montoſis *in der Heide* rarius; Iulio. 50.

* * *Staminibus erectis regularibus*, *petalis bifidis.*

377. Epilobivm *hirſutum* foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus. *L. ſ.* 2. *p.* 152. α.

E. *hirſut.* foliis ouato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus hirſutis, caule ramoſiſſimo, radice repente. *Curt. lond. t.* 117.

In foſſis verſus *Nietleben*, ad piſcinas prope *Bruckdorf*, *Dieskau*, ad *Löbechün an der Fuhne* paſſim; Iulio.

378. Epilobivm *villoſum* foliis oblongo-lanceolatis dentatis pubeſcentibus, caule tereti villoſo. *Curt. lond. t.* 125. Ep. *hirſutum. Linn. l. c. var.* β.

Cha-

Chamaenerion *paruiflorum* foliis oppofitis lanceolatis ferratis feffilibus cauleque villofis. *Schreb. fpicil.* 146.

Ad foffas et riuulos pratorum circa *Seben*, *Gutenberg*, *hinter Benftädt* et alibi paffim; Iulio.

379. Epilobivm *montanum* foliis oppofitis ouatis dentatis. *L. f.* 2. *p.* 152.

In rupibus et montofis ad *Giebichenftein*, *Cröllwitz, im Lindberg* frequens; Iulio.

380. Epilobivm *rofeum* foliis oppofitis alternisque ouato-lanceolatis petiolatis ferratis glabris. *Retz. prodr.* 408. *Schreb. fpicil.* 147. (fub Chamaenerio.)

In fubhumidis *hortis*, *cultis*, ad *fepes*, *foffas* paffim; Iulio 51.

381. Epilobivm *tetragonum* foliis lanceolatis denticulatis: imis oppofitis, caule tetragono. *L. f.* 2. *p.* 153.

Ad foffas et riuulos pratorum circa *Seben*, *Gutenberg*, ad *Lôbechün am Röfchengraben* paffim; Iulio.

382. Epilobivm *paluftre* foliis oppofitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *L. f.* 2. *p.* 153.

In nemorofis humidis ad *Nietleben*, ad *Lôbechün am Röfchengraben* paffim; Iulio.

OENOTHERA. *L. g.* 505.

Cal. 4-fidus, fuperus. *Pet.* 4. *Stam.* fauci calycis inferta. *Sem.* nuda.

383. Oenothera *biennis* foliis ouato-lanceolatis planis, caule muricato-villofo. *L. f.* 2. *p.* 147.

In agris et cultis *circa vrbem*, ad ripas Salae prope *Trotha* rarius; aeftate.

VAC-

VACCINIVM. *L. g.* 523.

Cal. ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Filam.* receptaculo inſerta. *Anth.* bicornes. *Bacca* polyſperma.

* *Foliis annotinis*, *ſ. deciduis.*

384. VACCINIVM *Myrtillus* pedunculis vnifloris, foliis ſerratis ouatis deciduis, caule angulato. *L. ſ.* 2. *p.* 164.

In ſyluaticis et nemoribus vmbroſis *in der Heide*, *im Lindberg*, *Zorgs*, ad *Schmon* copioſe; Maio.

Officin. MYRTILLI Folia, Baccae.

* * *Foliis ſemperuirentibus.*

385. VACCINIVM *Vitis idaea* racemis terminalibus nutantibus, foliis obouatis reuolutis integerrimis ſubtus punctatis. *L. ſ.* 2. *p.* 167.

In nemoribus montoſis ad *Lodersleben*, *Schmon* rarius; Maio.

Officin. VITIS IDAEAE ſ. VACCINII FRVCTV RVBRO Baccae.

In V. *Myrt.* et *Vit. id.* *Cor.* ſaepe 5-fida, *Stam.* 10.

386. VACCINIVM *Oxycoccus* foliis integerrimis reuolutis ouatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *L. ſ.* 2. *p.* 167.

In paludoſis Spagno repletis ad *Dölau*, rariſſime; Maio, Iunio.

Cor. profunde 4-fida, 4-petala potius dicenda.

ERICA. *L. g.* 524.

Cal. 4-phyllus, inferus, coloratus. *Cor.* 1-petala, 4-fida. *Filam.* receptaculo inſerta. *Anth.* bifidae. *Capſ.* 4-locularis.

387. ERICA *vulgaris* antheris ariſtatis, corollis campanulatis ſubaequalibus, calycibus duplicatis, foliis oppoſitis ſagittatis. *L. ſ.* 2. *p.* 168.

In ſteriliſſimis *campeſtribus*, *in der Heide* copioſiſſime; Auguſto.

Officin.

Officin. ERICAE Herba.
Corolla alba interdum ludit.

b. *Flores incompleti.*

DAPHNE. *L. g.* 526.

Cal. o. *Cor.* 4-fida, marcefcens, *Stamina* includens. *Bacca* 1-fperma.

388. DAPHNE *Mezereum* floribus feffilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *L. f.* 2. *p.* 190.

In nemoribus montofis ad *Erdeborn*, *Lodersleben*, *Schmon* frequens; Martio, Aprili.

Officin. MEZEREI Cortex. (Rectius e D. *Laureola* defumendus.) COCCOGNIDII Semina.

Flores faepe 5-8 ex eadem gemma.

STELLERA. *L. g.* 529.

Cal. o. *Cor.* 4-fida, perfiftens. *Sem.* 1, nudum, roftratum.

389. STELLERA *Pafferina* foliis linearibus, floribus quadrifidis. *L. f.* 2. *p.* 197.

Pafferina Tragi. *Bauh. hift.* 3. *p.* 456. *Buxb. hal.* *p.* 251.

In agris lapidofis ad *Schraplau*; Augufto.

TRIGYNIA.

POLYGONVM. *L. g.* 537.

Cal. o. *Cor.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1, triquetrum, nudum.

* Biftorta *fpica vnica.*

390. POLYGONVM *Biftorta* caule fimpliciffimo monoftachio, foliis ouatis in petiolum decurrentibus. *L. f.* 2. *p.* 204.

In

In pratis fubhumidis ad *Seben*, *Gutenberg*, *Liebenau* paffim; Maio, Iunio.

Officin. BISTORTAE Radix.

Stamina faepe 7.

* * Perficariae *piftillo bifido*, *aut ftamina minus* 8.

391. POLYGONVM *amphibium* floribus pentandris femidigynis, fpica ouata. *L. f.* 2. *p.* 205.

α. P. *amph. aquaticum* natans, fol. obtufis glaberrimis, ftaminibus corolla breuioribus. *Leers herborn.* 296.

β. P. *a. terreftre* erectum, foliis acutiufculis fcabris, ftaminibus corolla longioribus. *ibid.*

α. In *foffis*, *paludibus*, *pifcinis*; *β*. in *cultis*, *agris* rarius florens, copiofe: aeftate.

In *β*. peffimo agrorum vitio, *ftamina* non femper corolla longiora.

392. POLYGONVM *Hydropiper* floribus hexandris femidigynis, foliis lanceolatis, ftipulis fubmuticis. *L. f.* 2. *p.* 206.

In foffis pifcinis aquis ftagnantibus et ad margines earum ad *Paffendorf* et alibi frequens; Iulio.

Officin. PERSICARIAE VRENTIS Herba.

393. POLYGONVM *Perficaria* floribus hexandris digynis, fpicis ouato-oblongis, foliis lanceolatis, ftipulis ciliatis. *L. f.* 2. *p.* 207.

α. P. foliis ouato-lanceolatis fubhirfutis, fpicis ouatis; vaginis ciliatis *Hall. Helv.* 1557.

β. P. foliis ouato-lanceolatis glabris, fpicis ftrigofis; vaginis ciliatis. *l. c.* 1555.

In *fubhumidis*, *cultis*, *agris*, *hortis*, ad *vias* copiofiffime; Iulio, Augufto.

Officin. PERSICARIAE Herba.

Cor. faepe 4-partita. *Stam.* numerus inconftans, vltra 7 non adfcendens. Variat etiam *fol.* fubrotundo-ouatis et lanceolatis, maculatis et non maculatis; *cor.* rubris et albis.

* * * Polygonum *foliis indiuiſis*, *floribus octandris*.§

394. POLYGONVM *auiculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *L. ſ.* 2. *p.* 209.

α. P. maius, Corrigiola. *Tab. icon.* 832.

β. P. II. *l. c.* 833. Folio breui et anguſto. *Hall. helv.* 1560. δ.

γ. P. III. *Tab. ibid.* Folio longo et anguſto. *Hall. ibid.* ε.

δ. P. foliis rubentibus. *Schwenkf. Sileſ.* 163.

ε. Flore albo. *Hall. ibid.* α.

In *plateis*, *viis*, *cultis*, *agris* vbique, pro ſoli natura varians; aeſtate.

Officin. CENTVMNODIAE ſ. POLYGONI Herba.

* * * * Helxine *foliis ſubcordatis*.

395. POLYGONVM *Conuoluulus* foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtuſatis. *L. ſ.* 2. *p.* 213.

In agris praeſertim arenoſis ad *Seben*, *Gutenberg*, *cultis* oleraceis, *vineis* frequens; Iulio, Auguſto.

TETRAGYNIA.

ADOXA. *L. g.* 543.

Cal. 2-fidus, inferus. *Cor.* 4. ſ. 5-fida, ſupera. *Bacca* 4- ſ. 5-locularis inter calycem et corollam.

296. ADOXA *Moſchatellina*. *L. ſ.* 2. *p.* 222.

In nemoribus vmbroſis *im Zorgs*, *Lindberg* frequens; in humentibus *in der Heide unten nach dem Heideberge zu* rariſſime: Aprili.

Numerus in flore terminali quaternarius, in lateralibus quinarius.

ELA-

ELATINE. *L. g.* 223.

Cal. 4-phyllus. *Pet.* 4. *Capſ.* 4-locularis, 4-ualuis, globoſo-depreſſa, polyſperma.

397. ELATINE *Alſinaſtrum* foliis verticillatis. *L. ſ.* 2. *p.* 223.

Ericoides facie Pinaſtellae. *Rupp. ien.* 90.

In loco paludoſo poſt pinetum *Linkelianum* prope *Lipſiam* verſus *Delitz*; Iulio, Auguſto. 52.

PARIS. *L. g.* 542.

Cal. 4-phyllus. *Pet.* 4, anguſtiora. *Bacca* globoſo-4-gona, 4-locularis.

398. PARIS *quadrifolia* foliis quaternis. *L. ſ.* 2. *p.* 221.

In nemoribus vmbroſis ad *Erdeborn*, *Liebenau*, *Lodersleben* paſſim; Maio.

Officin. PARIDIS Radix, Herba, Baccae.

Variat *foliis* 3-4-5-rariſſime ſenis.

CLASSIS. IX.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

BVTOMVS *L.* g. 550.

Cal. 0, nisi inuolucrum velis. *Pet.* 6: alternis maioribus. *Caps.* 6, polyspermae.

399. BVTOMVS *vmbellatus.* *L.* *s.* 2. *p.* 233.

In aquosis *Salae*, *fossarum piscinarum* passim; Iulio.

CLAS-

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores polypetali irregulares.*

DICTAMNVS. *L.* g. 564.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5, patula. *Filam.* declinata, punctis glandulosis adspersa. *Caps.* 5, coalitae. *Sem.* arillata.

400. DICTAMNVS *albus. L. s.* 2. *p.* 264. foliis pinnatis, caule simplici. *Linn. suppl.* 232.

In nemoribus montosis *in der Heide;* ad *Dölau*, *im Rocken- und Mittelholze*, ad *Lôbeehün* frequens; Iunio.

Officin. DICTAMNI ALBI Radix.

Variat rarissime *corolla* alba.

b. *Flores polypetali aequales.*

MONOTROPA. *L.* g. 583.

Cal. o, nisi petala exteriora calycem dicas. *Pet.* 10, apice serrata: 5 exteriora. basi excauato-mellifera. *Caps.* 5-ualuis.

401. MONOTROPA *Hypopithys* floribus lateralibus octandris; terminali decandro. *L. s.* 2. *p.* 280.

In nemoribus vmbrosissimis inter folia putrida, parasitica radicum, *im kalten Thal* ad *Merbitz;* ad *Löbechün im Ostrauischen Holze, wenn man vom Zietschberge hineingeht* ad sinistram vnica tantum planta loco minus vmbroso lecta Iul. 1770; ad *Brena*, *Schmon* rarissima, non quouis anno proveniens; aestate.

PYROLA. *L. g.* 598.

Cal. 5-partitus, perſiſtens. *Pet.* 5. *Anth.* ſurſum bicornes. *Capſ.* 5-locularis, angulis dehiſcens.

402. PYROLA *rotundifolia* ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *L. ſ.* 2. *p.* 299.
In nemoribus vmbroſis ad *Nietleben*, *Dölau*, *in der Aebtiſſine*, ad *Montem ſerenum* paſſim; ad *Löbechün im Oſtrauiſchen und Reinhardtiſchen Holze* frequens: Iunio.
Officin. PYROLAE Herba.

403. PYROLA *minor* floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *L. ſ.* 2. *p* 299.
In nemoribus vmbroſis ad *Dölau* frequens; ad *Montem ſerenum*, *Löbechün* paſſim: Iunio, Iulio. 53.

404. PYROLA *ſecunda* racemo vnilaterali. *L. ſ.* 2. *p.* 300.
In nemoribus vmbroſis ad *Brena*, *Schmon* paſſim; Iunio, Iulio.

405. PYROLA *vmbellata* pedunculis ſubumbellatis. *L. ſ.* 2. *p.* 300.
In nemoribus vmbroſis ad *Brena*, *Bitterfeld*, *Schmon*, paſſim; Iunio, Iulio.

406. PYROLA *vniflora* ſcapo vnifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 300.
In nemoribus vmbroſis ad *Schmon über dem heiligen Brunn* paſſim; Iunio, Iulio. 54.

LEDVM. *L. g.* 591.

Cal. 5-fidus, minimus. *Cor.* 5-partita, plana. *Capſ.* 5-locularis, baſi dehiſcens.

407. LEDVM *paluſtre*. *L. ſ.* 2. *p.* 289.
In ſyluaticis vliginoſis *im Pahenholze über Hönſtädt* frequens; Iunio, Iulio.
Officin. ROSMARINI SYLVESTRIS Herba.

DIGYNIA.

SCLERANTHVS. *L. g.* 611.

Cal. 5-fidus, perſiſtens. *Cor.* o. *Sem.* 1, in fundo calycis.

408. Scleranthvs *annuus* calycibus fructus patulis. *L. ſ.* 2. *p.* 323.

In *aruis* et *agris* arenoſis vulgaris; aeſtate.

Stamina ſaepe 5-7.

409. Scleranthvs *perennis* calycibus fructus clauſis. *L. ſ.* 2. *p.* 323.

In *campis* et *collibus* apricis aridis frequens; Maio, Iunio.

Stam. ſaepe 7. *Sem.* vnicum in hoc et praecedente conſtanter vidi. Ita etiam *Leers herborn.* 311.

CHRYSOSPLENIVM. *L. g.* 607.

Cal. 4-5-fidus, coloratus, perſiſtens. *Cor.* o. *Capſ.* biroſtris, 1-locularis, polyſperma.

410. Chrysosplenivm *alternifolium* foliis alternis. *L. ſ.* 2. *p.* 307.

In nemoroſis humidis vmbroſis ad *Liebenau, Schkeuditz, beym heiligen Brunn* ad *Schmon* rarius; Aprili.

Officin. Chrysosplenii ſ. Nastvrtii petraei Herba.

411. Chrysosplenivm *oppoſitifolium* foliis oppoſitis. *L. ſ.* 2. *p.* 308.

C. foliis amplioribus auriculatis. *Tournef. inſt.* 146. *Buxb. hal.* 72.

Saxifraga aurea Dodonaei. *Bauh. hiſt.* 3. *b. p.* 707. *Knauth hal.* 151.

In nemoroſis humidis vmbroſis et ad riuulos ad *Seben*, *Lodersleben*; Aprili.

In flore terminali *cal.* 5-fidus, *ſtam.* 10; in lateralibus *cal.* 4-fidus, *ſtam.* 8. Saepe etiam omnes flores octandri.

SAXIFRAGA. *L. g.* 608.

Cal. 5-partitus. *Pet.* 5. *Capſ.* biroſtris, 1-locularis, polyſperma.

412. SAXIFRAGA *granulata* foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *L. ſ.* 2. *p.* 317.

In *collibus* graminoſis *apricis* vulgaris; Maio.

Officin. SAXIFRAGAE ALBAE Radix (male Semen) Herba, Flores, Semina.

413. SAXIFRAGA *tridactylites* foliis caulinis reniformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *L. ſ.* 2. *p.* 319.

In rupeſtribus *im Stadtgraben hinter der Schulkirche* rarius; ad *Giebichenſtein*, *Cröllwitz* paſſim; Aprili, Maio.

GYPSOPHILA. *L. g.* 612.

Cal. 1-phyllus, campanulatus, angulatus: *limbo* 5-partito. *Pet.* 5, ouata, ſubſeſſilia. *Capſ.* globoſa, 1-locularis, 5-ualuis, polyſperma.

414. GYPSOPHILA *muralis* foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *L. ſ.* 2. *p.* 327.

Ad vias *vor der Heide* paſſim; in aruis ad *Wörmlitz*, in montoſis ad *Cröllwitz* frequens; Auguſto, Septembri.

SAPONARIA. *L. g.* 613.

Cal 1-phyllus, tubuloſus: baſi nudus. *Pet.* 5, vnguiculata. *Capſ.* oblonga, 1-locularis, polyſperma.

415. SAPONARIA *officinalis* calycibus cylindricis, foliis ouato-lanceolatis. *L. ſ.* 2. *p.* 328.

In

In pratis depreſſis ſucculentis ad *Cröllwitz*, *in der Lucke* paſſim; Iunio, Iulio.

Officin. SAPONARIAE Radix, Herba, Semina.

416. SAPONARIA *Vaccaria* calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ouatis acuminatis ſeſſilibus. *L. ſ.* 2. *p.* 329.

In agris *inter ſegetes* praeſertim aeſtiuas frequens; Iunio.

DIANTHVS. *L. g.* 614.

Cal. 1-phyllus, cylindricus, tubuloſus: baſi ſquamoſus. *Pet.* 5, vnguiculata. *Capſ.* cylindrica, 1-locularis, polyſperma.

* *Flores aggregati.*

417. DIANTHVS *carthuſianorum* floribus ſubaggregatis: ſquamis calycinis ouatis ariſtatis tubum ſubaequantibus, foliis trineruiis. *L. ſ.* 2. *p.* 332.

In *campis* ſterilibus apricis, *collibus*, *ſaxoſis* copioſe; aeſtate.

Officin. TVNICAE SYLVESTRIS Flores.

418. DIANTHVS *Armeria* floribus aggregatis faſciculatis: ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum aequantibus. *L. ſ.* 2. *p.* 333.

In nemoribus montoſis, *in der Aebtiſſine*, ad *Montem ſerenum*, *im Zorgs* rarius; Iunio, Iulio. 55.

419. DIANTHVS *prolifer* floribus aggregatis capitatis: ſquamis calycinis ouatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *L. ſ.* 2. *p.* 333.

In collibus ſiccis apricis et ad vias ad *Belberg*, *Seben*, *nach der Heide zu* et alibi frequens; Iulio, Auguſto.

* * *Flores ſolitarii, plures in eodem caule.*

420. DIANTHVS *deltoides* floribus ſolitariis: ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *L. ſ.* 2. *p.* 335.

In *collibus*, *pascuis* ſiccis rarius; in pratis ad *Liebenau* copioſe: aeſtate.

421. DIANTHVS *ſuperbus* floribus paniculatis: ſquamis calycinis breuioribus acuminatis; corollis multifido-capillaribus, caule erecto. *L. ſ.* 2. *p.* 337.

In nemoribus et ſyluaticis ad *Gutenberg*, *im Mittelholze*, ad *Liſskau*, *Löbechün* frequens; Iulio, Auguſto.

* * * *Caule vnifloro herbaceo.*

422. DIANTHVS *arenarius* caulibus ſubunifloris, ſquamis calycinis ouatis obtuſis, corollis multifidis, foliis linearibus. *L. ſ.* 2. *p.* 337.

Caryophyllus ſylueſtris humilis, flore vnico. *Bauh. pin.* 209. *Buxb. hal.* 60.

In aſperis ad *Brena* Iulio.

TRIGYNIA.

ARENARIA. *L. g.* 618.

Cal. 5-phyllus, patens. *Pet.* 5, integra. *Capſ.* ouata, 1-locularis, polyſperma.

423. ARENARIA *trineruia* foliis ouatis acutis petiolatis neruoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 360.

In *pomariis*, *nemoribus* vmbroſis frequens; Iunio.

424. ARENARIA *ſerpillifolia* foliis ſubouatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce breuioribus. *L. ſ.* 2. *p.* 361.

In *aruis*, *cultis*, *nemoroſis*, *glareoſis* aridis frequens; Maio et ſeqq.

425. ARENARIA *rubra* foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *L. ſ.* 2. *p.* 362.

α A. *rubra campeſtris.*

Polygonum foliis gramineis, ſpergulae capitulis. *Loeſ. pruſſ.* 203. *t.* 63.

β. A.

β. A. *rubra marina.*
A. maritima. *Rupp. ien.* 113.
α In arenoſis *campeſtribus*, *collibus*, *paſcuis* rarius; β. locis ſalſis *auf dem Pfännerholzplatz*, *in der Klincke* frequens; in litoribus arenoſis *an der Salzke*, ad *lacum ſalſum* copioſe: aeſtate.
Staminum numerus ſaepe variat a 4 - 10.

STELLARIA. *L. g.* 617.

Cal. 5 - phyllus, patens. *Pet.* 5, bipartita, patentia. *Capſ.* 1 - locularis, polyſperma.

426. STELLARIA *nemorum* foliis cordatis petiolatis, paniculae pedunculis ramoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 356.
In vmbroſis ſucculentis *im Stadtgraben hinter der Schulkirche* rarius; in nemoroſis ad *Liebenau* copioſe: Iunio.

427. STELLARIA *Holoſtea* foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. *L. ſ.* 2. *p.* 357.
In nemoribus ad *Seben*, *Beſen* paſſim; im *Zorgs*, ad *Liebenau*, *Löbechün* copioſiſſime: Maio.

428. STELLARIA *graminea* foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *L. ſ.* 2. *p.* 357.
α. Gramen floridum minus. *Tab. icon.* 232.
β. Alſine folio gramineo anguſtiore, paluſtris. *Dillen. app.* 69.
γ. Anagallis aquatica quarta. *Lob. icon.* 467.
α. In *ſepibus*, *dumetis*, *aruis*; β. γ. in *aquoſis*, ad *foſſas*; γ. praeſertim ad ſcaturiginem *hinter der Papiermühle* frequens: Maio, Iunio.

CVCVBALVS. *L. g.* 615.

Cal. inflatus, 5 - dentatus. *Pet.* 5, vnguiculata, absque corona faucis. *Capſ.* 3 - locularis, polyſperma.

429. CVCVBALVS *bacciferus* calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis diuaricatis. *L. ſ.* 2. *p.* 340.

In nemoribus locis pinguibus inter frutices in der *Peißnitz*, ad *Seben* rarius; Iulio.

Ob *petala* coronata ad Silenen potius referendus.

430. Cucubalus *Behen* calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. *L. s.* 2. *p.* 340.

In pratis syluaticis et nemorosis siccis *in der Heide*, *im Mittelholze* et alibi frequens; Maio, Iunio.

Officin. Behen albi Radix (male).

Styli interdum 5. Ad *Cor.* faucem primordia coronae nectariferae.

431. Cucubalus *Otites* floribus dioicis, petalis linearibus indiuisis. *L. s.* 2. *p.* 343.

In collibus siccis apricis ad *Giebichenstein* et alibi copiose; Maio et seqq.

SILENE. *L. g.* 616.

Cal. ventricosus, 5-dentatus. *Pet.* 5, saepe bifida: *fauce* coronata denticulis. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

* *Floribus lateralibus confertis.*

432. Silene *nutans* petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *L. s.* 2. *p.* 347.

In pratis syluaticis et nemorosis montosis *in der Heide*, *im Mittelholze* et alibi copiose; Maio, Iunio.

* * *Floribus ex dichotomia caulis.*

433. Silene *conoidea* calycibus fructus globosis acuminatis striis triginta, foliis glabris, petalis integris. *L. s.* 2. *p.* 350.

In agris inter segetes *hinter Passendorf*, ad *Schlettau* frequens; Iunio.

434. Silene *noctiflora* calycibus decemangularibus: dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. *L. s.* 2. *p.* 351.

In

In pratis *bey der Steinmühle*, ad *Gimritz*, *in der Heide* passim; inter segetes ad *Müchels* rarius: Iulio.

435. SILENE *Armeria* floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. *L. s.* 2. *p.* 354.

In nemorosis *im Mittelholze* passim; Maio.

PENTAGYNIA.

SEDVM. *L. g.* 629.

Cal. 5-fidus. *Pet.* 5. *Nectar.* squamae 5, ad basin germinorum. *Caps.* 5, polyspermae.

* *Planifolia.*

436. SEDVM *Telephium* foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. *L. s.* 2. *p.* 380.

α. Telephium (*album*) vulgare. *Bauh. pin.* 287.

β. Telephium *purpureum* maius. *ibid.*

In siccis ad *Giebichenstein*, *Cröllwitz*, *Seben*, *in der Heide* frequens; β. rarius: Augusto.

Officin α. TELEPHII s. FABARIAE Radix.

437. SEDVM *Cepaea* foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *L. s.* 2. *p.* 381.

S. Cepaea dictum. *Tourn. inst.* 263. *Buxb. hal.* 300.

Cepaea. *Tab. icon.* 443. *Knauth hal.* 80.

Ad lacum salsum circa *Rulsdorf*, *Erdeborn*, *an der Salzke*; Iulio.

* * *Teretifolia.*

438. SEDVM *rupestre* foliis subulatis quinquefariam confertis basi solutis, floribus cymosis. *L. s.* 2. *p.* 383.

In montosis siccis rupestribus ad *Giebichenstein*, *Cröllwitz*, *in der Heide* frequens; aestate.

439. SEDVM *album* foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *L. ſ.* 2. *p.* 383.

Ad muros limosos et in ipsis muris circa *Oſtrau* passim; Iulio. 56.

440. SEDVM *acre* foliis subouatis adnato - sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. *L. ſ.* 2. *p.* 384.

In siccis sterilibus *collibus*, *muris*, *tectis* vbique; Iunio.

Officin. SEDI MINORIS Herba.

441. SEDVM *sexangulare* foliis subouatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. *L. ſ.* 2. *p.* 384.

In siccis apricis *cum praecedente*, *in der Heide unter dem Heideberge* infrequens; Iunio, Iulio.

SPERGVLA. *L. g.* 638.

Cal. 5 - phyllus. *Pet.* 5, integra. *Capſ.* ouata, 1 - locularis, 5 - ualuis.

442. SPERGVLA *aruensis* foliis verticillatis, floribus decandris. *L. ſ.* 2. *p.* 403.

In aruis et agris praesertim arenosis ad *Cröllwitz*, *an der Heide* et alibi copiose; aestate.

Variat *staminibus* 5 - 10.

443. SPERGVLA *pentandra* foliis verticillatis, floribus pentandris. *L. ſ.* 2. *p.* 404. seminibus marginatis.

In arenosis sterilibus nudis *in und hinter der Heide* frequens; Aprili, Maio.

Stamina in nostrate constanter 10 vidi, vt etiam *Weber ſpicil.* 14. Satis tamen differt a praecedente quod magis glabra; *caulibus* simplicioribus, minus ramosis, *foliis* rarioribus, breuioribus; *seminibus* nigris, margine membranaceo albo cinctis; tempore florendi vernali. Cum Arenaria *media* non confundenda.

444.

444. Spergvla *nodosa* foliis oppositis subulatis laeuibus, caulibus simplicibus. *L. s.* 2. *p* 404.
In pratis humidis ad *Seben*, *Nietleben*, *Dölau* et alibi passim; Iulio, Augusto.

CERASTIVM. *L. g.* 637.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* bifida. *Caps.* 1-locularis, apice 5-dentato dehiscens.

* *Capsulis oblongis.*

445. Cerastivm *vulgatum* foliis ouatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. *L. s.* 2. *p.* 398.
In *hortis*, *pomariis*, in sabulosis ad rupes versus *Giebichenstein* frequens; Maio et seqq.

446. Cerastivm *semidecandrum* floribus pentandris, petalis emarginatis. *L. s.* 2. *p.* 399.
In sterilibus apricis *campis*, *aggeribus* vulgatissimum; Aprili, Maio.

447. Cerastivm *aruense* foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce maioribus. *L. s.* 2. *p.* 400.
α. Myosotis aruensis hirsuta, flore maiore. *Vaill. paris.* 141. *t.* 30. *f.* 4.
β. Myos. aruensis, Polygoni folio. *Vaill. ibid. f.* 5.
Ad *vias*, in *versuris* vbique; Maio.

* * *Capsulis subrotundis.*

448. Cerastivm *aquaticum* foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. *L. s.* 2. *p.* 402.
Ad aquas et fossas *auf dem Schleusenwerder an der Sale*, circa *Diemitz*, *Seben*, *an der Fuhne* ad *Löbechün* passim; Iulio, Augusto.
Folia in sicciori loco saepe decuplo minora.

AGRO-

AGROSTEMMA. *L. g.* 635.

Cal. 1-phyllus, tubulosus, coriaceus, 5-dentatus. *Pet.* 5, vnguiculata: *limbo* patente, obtuso. *Caps.* oblongo-ouata, 1-locularis, 5-ualuis, polysperma.

449. AGROSTEMMA *Githago* hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *L. s.* 2. *p.* 393.

In agris *inter* segetes praesertim *Secale* vulgaris; Iunio.

Officin. LOLII OFFICINARVM Semina.

Calycis dentes corollam superant.

LYCHNIS. *L. g.* 636.

Cal. 1-phyllus, oblongus, membranaceus, 5-dentatus. *Pet.* 5, vnguiculata: *limbo* subbifido. *Caps.* subouata, polysperma.

450. LYCHNIS *Flos cuculi* petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *L. s.* 2. *p.* 395.

In pratis humidiusculis copiose; Maio.

Capsula vnilocularis.

451. LYCHNIS *quadridendata* petalis quadridentatis, caule dichotomo, foliis glabris recuruis. *L. s.* 2. *p.* 396.

L. viscosa alba angustifolia maior. *Bauh. pin.* 205. *Buxb. hal.* 200.

L. (syluestris glabra) maior angustifolia viscosa alba, petalis quinis singulis quinquefariam laciniatis. *Moris. hist.* 2. *p.* 536. *Knauth hal.* 50.

In montosis nemorosis *in der Heide*, *im Rocken - und Mittelholze;* Maio.

452. LYCHNIS *Viscaria* petalis integris. *L. s.* 2. *p.* 396.

In pratis syluaticis et nemorosis siccis *in der Heide*, et alibi frequens; Maio.

453. Lychnis *dioica* floribus dioicis. *L. ſ.* 2. *p.* 397.
α. L. ſylueſtris ſ. aquatica purpurea, ſimplex *Bauh. pin.* 204.
β. L. ſylueſtris alba ſimplex. *ibid.*
In pratis nemoroſis ſucculentis *auf der Rabeninſel* ad *Belberg*, ad *Liebenau*, *Lochau* frequens; β. rarius: Maio, Iunio.
Feminae ſemper rariores. *Hermaphroditam* nondum legi. *Capſ.* 1-locularis, apice 10-fariam dehiſcens.

OXALIS. *L. g.* 634.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 5-partita: vnguibus cohaerens. *Capſ.* 5-gona, 5-locularis, angulis dehiſcens.

* *Scapo radicali.*

454. Oxalis *Acetoſella* ſcapo vnifloro, foliis ternatis obcordatis, radice dentata. *L. ſ.* 2. *p.* 388.
In nemoribus vmbroſis ad arborum radices circa *Lodersleben*, *Schmon*, *Ziegelrode*, *Köſen* frequens; Aprili.
Officin. Acetosellae Herba.

* * *Foliis caulinis alternis.*

455. Oxalis *corniculata* pedunculis vmbelliferis, caule ramoſo diffuſo. *L. ſ.* 2. *p.* 392.
In *hortis* et *cultis* vbique; Iunio.
Haec priori pro extrahendo ſale eſſentiali in officinis noſtris male ſubſtituitur.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

ASARVM. *L. g.* 642.

Cal. 3 - fidus, ſubſuperus. *Cor.* o. *Capſ.* coriacea, calyce coronata, 6 - locularis.

456. Asarvm *europaeum* foliis reniformibus obtuſis binis. *L. ſ.* 2. *p.* 411.

In nemoribus montoſis vmbroſis ad *Erdeborn*, *Lodersleben*, *Schmon*, *Köſen* frequens; Aprili, Maio.

Officin. Asari Radix, Herba, Semina.

PORTVLACA. L. g. 659.

Cal. 2 - fidus. *Pet.* 5. *Capſ.* 1 - locularis, circumſciſſa.

457. Portvlaca *oleracea* foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *L. ſ.* 2. *p.* 423.

In rupibus ad *Giebichenſtein* paſſim; in *cultis* oleraceis copioſe; Iulio.

Officin. Portvlacae Herba, Semina.

Corollam ſub noſtro coelo vix explicat, florens et fructificans clauſo calyce.

LYTHRVM. *L. g.* 660.

Cal. 12 - dentatus: denticulis alternis minoribus. *Pet.* 6, calyci inſerta. *Capſ.* 2 - locularis, polyſperma.

458. Lythrvm *Salicaria* foliis oppoſitis cordato - lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *L. ſ.* 2. *p.* 426.

Ad

Ad ripas *Salae in den Pulverweiden*, *piſcinas*, *foſſas* frequens; Iulio.

Officin. SALICARIAE ſ. LYSIMACHIAE purpureae Herba, Flores.

459. LYTHRVM *Hyſſopifolia* foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *L. ſ.* 2. *p.* 428.

In *inundatis* paſſim; Iulio, Auguſto.

Cal. dentes ſaepiſſime 8: alternis minimis. *Pet.* 4. *Stam.* 6, corolla breuiora.

DIGYNIA.

AGRIMONIA. *L. g.* 663.

Cal. 5-fidus, ſuperus, perſiſtens, altero obuallatus. *Pet.* 5. *Sem.* 2.

460. AGRIMONIA *Eupatoria* foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hiſpidis. *L. ſ.* 2. *p.* 430.

In *paſcuis* ſiccis, ad *vias*, *verſuras*, *ſepes* frequens; aeſtate.

Officin. AGRIMONIAE Herba.

TRIGYNIA.

RESEDA. *L. g.* 664.

Cal. 1-phyllus, partitus. *Pet.* inaequalia: nonnulla laciniata. *Capſ.* 1-locularis hians.

461. RESEDA *Luteola* foliis lanceolatis integris baſi vtrimque vnidentatis, calycibus quadrifidis. *L. ſ.* 2. *p.* 431.

In *ruderatis*, *pomoeriis*, ad vias circa *Teiche*, *Benſtädt* paſſim; in collibus ad *lacum ſalſum* frequens; Iulio, Auguſto.

Officin. LVTEOLAE Herba.

462. Reseda *lutea* foliis omnibus trfidis: inferioribus pinnatis. *L. ſ.* 2. *p.* 433.
In *muris*, *vineis*, ad *vias* montoſas paſſim; aeſtate.

EVPHORBIA. *L. g.* 665.

Cal. 1-phyllus, ventricoſus. *Pet.* 4-5, craſſiuſcula, calyci inſidentia. *Capſ.* 3-cocca.

* *Vmbella trifida.*

463. Evphorbia *Peplus* vmbella trifida: dichotoma, inuolucellis ouatis, foliis integerrimis obouatis petiolatis. *L. ſ.* 2. *p.* 444.
In *cultis* oleraceis frequens; Auguſto, Septembri.

464. Evphorbia *exigua* vmbella trifida: dichotoma, inuolucellis lanceolatis, foliis linearibus. *L. ſ.* 2. *p.* 444.
α. E. *exigua acuta.* Tithymalus ſ. Eſula exigua. *Bauh. pin.* 291. *Leers herborn.* 358. α.
β. E. *exigua retuſa.* Tithym. ſ. Eſula exigua, foliis obtuſis. *Bauh. l. c. prodr.* 132. *Leers l. c.* β.
α. In *agris* inter ſegetes copioſiſſime; β. in *pratis* frequens: Iulio, Auguſto.
Vmbella interdum 4-5-fida.

* * *Vmbella quinquefida.*

465. Evphorbia *dulcis* vmbella quinquefida: bifida, inuolucellis ſubouatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *L. ſ.* 2. *p.* 448.
Tithymalus (montanus) non acris. *Bauh. pin.* 292. *Buxb. hal.* 321.
In ſyluaticis vmbroſis *hinter Brena;* Maio.

466. Evphorbia *helioſcopia* vmbella quinquefida: trifida; dichotoma, inuolucellis obouatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *L. ſ.* 2. *p.* 450.
In *cultis* copioſiſſime; aeſtate.
Officin. Esvlae Herba.

467. EVPHORBIA *platyphyllos* vmbella quinquefida: trifida dichotoma, inuolucellis carina pilofis, foliis ferratis lanceolatis, capfulis verrucofis. *L. f.* 2. *p.* 453.

In *agris*, *cultis* frequens; aeftate.

* * * *Vmbella multifida.*

468. EVPHORBIA *Efula* vmbella multifida: bifida, inuolucellis fubcordatis, petalis fubbicornibus, ramis fterilibus, foliis vniformibus. *L. f.* 2. *p.* 454.

In *pratis*, *aggeribus*, *nemoribus*, ad *margines agrorum* frequens; Maio et feqq.

Rami fuperiores faepe fertiles.

469. EVPHORBIA *Cypariffias* vmbella multifida: dichotoma, inuolucellis fubcordatis, ramis fterilibus, foliis fetaceis; caulinis lanceolatis. *L. f.* 2. *p.* 454.

α. Tithymalus cypariffias. *Bauh. pin.* 291.

β. Tithym. cypar. foliis punctis croceis notatis. *ibid.*

In ficcis fterilibus fabulofis *collibus*, *pafcuis*, ad *vias*, *aggeres* vulgatiffima; Maio, Iunio.

α. Rariffime *ramis* nonnullis florentibus occurrit. β. Varietas morbofa fterilis.

470. EVPHORBIA *paluftris* vmbella multifida: fubtrifida; bifida, inuolucellis ouatis, foliis lanceolatis, ramis fterilibus. *L. f.* 2. *p* 456.

In *pratis* paludofis copiofe; Maio, Iunio.

Officin. ESVLAE Radix, Cortex (radicis).

Efulae radix et cortex fecundum nonnullorum fententiam ex Euph. *Cypariff.* fecundum aliorum ex Euph. *helio-fcop.* defumi debent.

471. EVPHORBIA *amygdaloides* vmbella multifida: dichotoma, inuolucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtufis. *L. f.* 2. *p.* 457.

Tithymalus characias amygdaloides. *Bauh. pin.* 290. *Buxb. hal.* 320.

Tythym. amygdaloides latifolius. *Tab. icon.* 590. *Knauth. hal.* 32.

In nemorosis et montosis *im Rockelholze*, ad *Montem serenum* (*Buxb. Kn.*) in vmbrosis ad *Schmon* passim; Maio, Iunio.

DODECAGYNIA.

SEMPERVIVVM. *L. g.* 667.

Cal. 12-partitus. *Pet.* 12. *Caps.* 12, polyspermae.

472. SEMPERVIVVM *tectorum* foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *L. s.* 2. *p.* 459.

In *muris*, *tectis*, collibus aridis apricis *in der Heide auf dem Heideberge*, *auf dem Bischofsberge* passim; Iulio.

Officin. SEDI s. SEMPERVIVI MAIORIS Herba.

Numerus valde variat in calyce, corolla, staminibus, pistillis a 12-18.

CLAS-

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

PRVNVS. *L. g.* 675.

Cal. 5 - fidus, inferus. *Pet.* 5. *Drupae* nux compreſſa, ſuturis prominulis.

473. PRVNVS *Padus* floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. *L. ſ.* 2. *p.* 483.

In ſepibus dumetis, nemoroſis ad *Belberg* et alibi frequens; Maio.

474. PRVNVS *Ceraſus* vmbellis ſubpedunculatis, foliis ouato - lanceolatis glabris conduplicatis. *L. ſ.* 2. *p.* 487.

α. Ceraſus (*auſtera*) acidiſſima, ſanguineo ſucco. *Bauh. pin.* 450.

β. Ceraſus *pumila. ibid.*

α. In nemoribus et ſepibus ad *Gutenberg* et alibi; *β*. *im Rocken- und Mittelholze*, *am Zorgs* paſſim; in marginibus nemoribus ad *Löbechün* frequens: Aprili, Maio.

Officin. CERASORVM ACIDORVM Flores, Fructus.

475. PRVNVS *auium* vmbellis ſeſſilibus, foliis ouato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *L. ſ.* 2. *p.* 487.

Ceraſus ſylueſtris, fructu rubro et nigro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 208.

In nemoribus ad *Gutenberg*, *Schmon* paſſim; Aprili, Maio.

Officin. CERASORVM NIGRORVM Flores, Fructus.

476. PRVNVS *domeſtica* pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato - ouatis conuolutis, ramis muticis. *L. ſ.* 2. *p.* 488.

α. P. ſylueſtris, fructu maiore. *Vaill. pariſ.* 165.

 β. Pru-

β. Pruna parua dulcia atro-caerulea. *Bauh. pin.* 443.

In *sepibus*, *pomariis* passim; Aprili, Maio. 57.

Officin. PRVNI (DAMASCENAE) Flores, Fructus. Potius ex arbore culta.

α. *Fructus* viridi flauescens dulcis. β. *Fructus* in spontanea acidus subamarus, cultura dulcis euadit.

477. PRVNVS *insititia* pedunculis geminis, foliis ouatis subtus villosis conuolutis, ramis spinescentibus. *L. s.* 2. *p.* 489.

In *sepibus*, *dumetis* passim; Aprili; Maio. 58.

478. PRVNVS *spinosa* pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. *L. s.* 2. *p.* 489.

In *sepibus*, *dumetis*, ad *nemorum* margines copiose; Aprili.

Officin. ACACIAE (NOSTRATIS) s. PRVNEOLI SYLVESTRIS Radix, Cortex, Flores, Fructus.

DIGYNIA.

CRATAEGVS. *L. g.* 678.

Cal. 5-fidus, superus. *Pet.* 5. *Bacca* carnosa, 2-sperma.

479. CRATAEGVS *torminalis* foliis cordatis septangulis: lobis infimis diuaricatis. *L. s.* 2. *p.* 492.

In nemoribus *im Thierholze* ad *Benstädt* rarius; ad *Schmon*, *Schönewerda* passim: Maio.

Folia saepe angulis nouem instructa.

480. CRATAEGVS *Oxyacantha* foliis obtusis subtrifidis serratis. *L. s.* 2. *p.* 494.

In *sepibus*, *dumetis*, *nemoribus*, ad *vias* copiose; Maio.

Officin. OXYACANTHAE s. SPINAE ALBAE Folia, Flores, Baccae.

TRI-

TRIGYNIA.

SORBVS. *L. g.* 679.

Cal. 5-fidus, ſuperus. *Pet.* 5. *Bacca* 3-ſperma.

481. SORBVS *aucuparia* foliis pinnatis vtrimque glabris. *L. ſ.* 2. *p.* 495.

In nemoribus ad *Seben*, *Gutenberg*, et alibi paſſim; Maio.

Officin. SORBI AVCVPARIAE Baccae.

PENTAGYNIA.

MESPILVS. *L. g.* 681.

Cal. 5-fidus, ſuperus. *Pet.* 5. *Bacca* 5-ſperma.

482. MESPILVS *germanica* inermis, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *L. ſ.* 2. *p.* 497.

In ſepibus et nemoribus *im Amtsgarten* ad *Belberg*, *Giebichenſtein*, *in der Brennau* ad *Wettin* rarius; Maio. 59.

Officin. MESPILI Fructus, Semina.

Spontanea *ſpinis* validis acutiſſimis inſtructa, quas cultura deponit. *Poll: pal.* 474.

483. MESPILVS *Cotoneaſter* inermis, foliis ouatis integerrimis, ſubtus tomentoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 500.

In collibus aſperis lapidoſis ad *Crölltwitz*, *in der Heide*, *auf dem Schweizerling* ad *Wettin*, ad *Schmon*, *Köſen* paſſim; Aprili, Maio.

Styli 3. *Bacca* 3-rarius 4-ſperma.

PYRVS. *L. g.* 682.

Cal. 5-fidus, ſuperus. *Pet.* 5. *Pomum* 5-loculare, polyſpermum.

484. Pyrus *communis* (*Pyraſter*) foliis ſerratis laeuibus, floribus corymboſis. *L. ſ.* 2. *p.* 500.
Ad *pagos*, *vias*, in *nemoribus* paſſim; Aprili, Maio.
Officin. Pyri sylvestris Fructus.

485. Pyrus *Malus* (*ſylueſtris*) foliis ſerratis, vmbellis ſeſſilibus *L. ſ.* 2. *p.* 501.
Iisdem *cum praecedente* locis: Aprili, Maio.
Officin. Mali sylvestris Flores, Fructus.

SPIRAEA. *L. g.* 686.

Cal. 5-fidus, inferus. *Pet.* 5. *Capſ.* plures, congeſtae, acuminatae, biualues.

486. Spiraea *Aruncus* foliis ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, floribus dioicis. *L. ſ.* 2. *p.* 522.
In nemoribus montoſis ad *Lodersleben am Lodersberge*, *Schmon*, *Schönewerda* paſſim; Iunio.

487. Spiraea *Filipendula* foliis interrupte pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis interrupte ſerratis glaberrimis, floribus cymoſis. (*L. ſ.* 2. *p.* 523.) *Linn. ſuppl.* 262.
In *pratis*, *paſcuis*, *nemoroſis* vulgaris; Iunio, Iulio.
Officin. Saxifragae rubrae ſ. Filipendulae Radix, Herba.
Germina 5 - 10 et plura.

488. Spiraea *Vlmaria* foliis interrupte pinnatis: foliolis ouatis biſerratis ſubtus canis, floribus cymoſis. (*L. ſ.* 2. *p.* 523.) *Linn. ſuppl.* 262.
In pratis humidis *in den Pulverweiden* et alibi copioſe; Iunio, Iulio.
Officin. Vlmariae ſ. Barbae caprinae Radix, Herba, Flores.
Germina ſaepe 6.

POLYGYNIA.

ROSA. *L. g.* 687.

Cal. vrceolatus, 5-fidus, carnoſus, collo coarctatus. *Pet.* 5. *Sem.* plurima, hiſpida, intra calycem baccatum.

Ger-

* *Germinibus ſubgloboſis.*

489. Rosa *eglanteria* germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis acutis. *L. ſ.* 2. *p.* 524.

In ſepibus et dumetis ad *Paſſendorf* et alibi rarius; Iunio.

Foliola et acuta, et obtuſa, ſemper acutiſſime ſerrata: ſerraturis glanduloſis. *Germina* ſubaculeata. *Calycis laciniae* aculeatae: margine villoſae *Pet.* lutea.

490. Rosa *cinnamomea*, germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus. *L. ſ.* 2. *p.* 525.

In ſepibus et dumetis ad *Löbechün im Werder an der Fuhne*, in marginibus nemorum ad *Schmon* rarius; Iunio. 60.

Caulis rubens. *Petioli* inermes. *Foliola* ſubtus albido-villoſa. *Calycis laciniae* plerumque integerrimae. *Corollae* multiplicatae, laete rubentes.

491. Rosa *ſpinoſiſſima* germinibus globoſis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatiſſimis. *L. ſ.* 2. *p.* 526.

In dumetis et ſepibus ad *Löbechün bey dem hohen Landgraben ohnweit der Fuhne* copioſe; ad *Schmon* paſſim; Maio.

Caulis aculeis rectis, horizontalibus, confertiſſimis. *Petioli* et *pedunculi* aculeis paruis inermibus hiſpidi. *Calycis laciniae* ſubintegrae. *Corollae* albidae. *Fructus* maturi nigri.

492. Rosa *villoſa* germinibus globoſis pedunculisque hiſpidis, caule aculeis ſparſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 527.

In nemoroſis ad *Seben*, *in der Heide*, ad *Montem ſerenum* frequens; Iunio.

* * *Germinibus ouatis.*

493. Rosa *canina* germinibus ouatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *L. ſ.* 2. *p.* 530.

β. R. *can. vmbellata* floribus vmbellatis. *Flor. hal.* I. *n.* 435.

In *sepibus*, *dumetis*, ad *vias* vulgatissima; β. *im Amtsgarten* ad *Belberg* et alibi passim: Iunio.

Officin. ROSAE SYLVESTRIS Flores. CYNOSBATI Fructus, Semina, Fungi (Bedeguar.)

494. ROSA *alba* germinibus ouatis glabris, pedunculis subhispidis, caule petiolisque aculeatis. *L. s.* 2. *p.* 531.

In dumetis ad *Wettin* passim; Iunio, Iulio. 61.

495. ROSA *rubiginosa* germinibus ouatis: basi pedunculisque aculeatis, caule aculeis recuruis, foliis subtus rubiginosis.

R. *rubig.* germ. globosis aculeatisque, aculeis recuruis, foliis subtus rubiginosis. *L. s.* 2. *p.* 525.

In rupestribus ad *Giebichenstein*, in nemoribus ad *Montem serenum* rarius; Iunio. 62.

Foliola 5-7, obtusiuscula, subtus pilis rubiginosis resinosis adspersa. *Bracteae* glandulis minutis pedicellatis ciliatae. *Corolla* carnea. Odor foliorum et florum gratissimus vinosus, fungorum s. Bedeguar moschatus.

RVBVS. *L. g.* 688.

Cal. 5-fidus. *Pet.* 5. *Bacca* composita acinis 1-spermis.

* *Frutescentes.*

496. RVBVS *idaeus* foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *L. s.* 2. *p.* 532.

α. R. idaeus spinosus. *Bauh. pin.* 479.

β. R. idaeus, fructu albo. *ibid.*

γ. R. idaeus laeuis. *Ibid.*

In nemorosis montosis ad *Seben*, in *sepibus* rarius; *in der Brennau* ad *Wettin* passim; β. rarissime: Maio, Iunio.

Officin. RVBI IDAEI Folia, Baccae.

497. RVBVS *caesius* foliis ternatis subnudis: laterali-

bus

bus bilobis, caule aculeato tereti. *L. f.* 2. *p.* 534.
In nemorosis dumetis sepibus *in der Heide*, ad *Dölau*, et alibi frequens; in *agris* praesertim *lapidosis* copiose: Iunio.
Officin. RVBI CAESII Baccae.
498. RVBVS *fruticosus* foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *L. f.* 2. *p.* 534.
In *nemoribus* praesertim ad margines, *dumetis*, *sepibus* passim; Maio, Iunio.
Officin. RVBI FRVTICOSI Baccae.

* * *Herbacei.*

499. RVBVS *saxatilis* foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *L. f.* 2. *p.* 536.
In nemoribus montosis ad *Lodersleben*, *Schmon* rarius; Maio, Iunio.

TORMENTILLA. *L. g.* 691.

Cal. 8-fidus: laciniis alternis minoribus. *Pet.* 4. *Sem.* 8, subrotunda, nuda, mutica, *receptaculo* paruo exsucco adfixa.

500. TORMENTILLA *erecta* caule erectiusculo, foliis sessilibus. *L. f.* 2. *p.* 550.
In *pascuis* sterilioribus, *nemorosis*, *syluaticis* vulgaris; aestate.
Officin. TORMENTILLAE Radix, Herba.

FRAGARIA. *L. g.* 689.

Cal. 10-fidus: *laciniis alternis* angustioribus. *Pet.* 5. *Sem.* plurima, supra receptaculum ouatum, baccatum, deciduum.

501. FRAGARIA *vesca* flagellis reptantibus. *L. f.* 2. *p.* 537.
In *nemoribus*, *pascuis* nemorosis et syluaticis copiose; Maio.
Officin. FRAGARIAE Radix, Herba, Baccae.

502.

502. Fragaria *sterilis* caule decumbente, ramis floriferis laxis. *L. s.* 2. *p.* 538.

F. sterilis. *Bauh. pin.* 327. *Buxb. hal.* 116. *Knauth hal.* 112.

In asperis ad *Seben*; Aprili.

POTENTILLA. *L. g.* 690.

Cal. 10-fidus: *laciniis alternis* minoribus, reflexis. *Pet.* 5. *Sem.* plurima, *receptaculo* paruo exsucco adfixa.

* *Foliis pinnatis.*

503. Potentilla *Anserina* foliis pinnatis serratis, caule repente, pedunculis vnifloris. *L. s.* 2. *p.* 539.

In *pascuis*, ad *vias*, *semitas* vbique; Maio et seqq. Officin. Anserinae Herba.

504. Potentilla *rupestris* foliis pinnatis alternis; foliolis quinis ouatis crenatis, caule erecto. *L. s.* 2. *p.* 541.

In nemoribus editioribus ad *Dölau*, *dem Mittelholze*, *Mühlholze* ad *Löbechün* passim; Maio.

Foliola saepe septena, nouena.

505. Potentilla *supina* foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. *L. s.* 2. *p.* 542.

In subhumidis ad fossam *auf dem Holzplatze des Waisenhauses nach dem Feldgarten zu*, in inundatis ad *Wörmlitz* passim; ad ripas Salae *im Fürstengarten*, *bey der Schleuse* rarius: Iunio, Iulio.

* * *Foliis digitatis.*

506. Potentilla *argentea* foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis. *L. s.* 2. *p.* 543.

In *ruderatis*, *collibus* sabulosis, ad *vias vulgaris*; Iunio.

507. Potentilla *opaca* foliis radicalibus quinatis cuneiformibus serratis; caulinis suboppositis, ra-

ramis filiformibus decumbentibus. *L. ſ.* 2. *p.* 544.

In arenoſis *in der Heide unter dem Heideberge* paſſim; in nemoribus eorumque marginibus ad *Erdeborn* copioſe: Maio. 63.

Folia radicalia ſaepe ſeptenata, etiam nouenata.

508. POTENTILLA *verna* foliis radicalibus quinatis acute ſerratis retuſis; caulinis ternatis, caule declinato. *L. ſ.* 2. *p.* 544.

In *collibus* apricis ſiccis vbique; Aprili.

509. POTENTILLA *alba* foliis quinatis apice conniuenti-ſerratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. *L. ſ.* 2. *p.* 546.

In montoſis *auf dem Hügel bey Gimritz*, *in der Heide* et alibi paſſim; Maio.

510. POTENTILLA *reptans* foliis quinatis, caule repente, pedunculis vnifloris. *L. ſ.* 2. *p.* 547.

In *gramineis* ſubhumidis, *verſuris*, *hortorum* marginibus copioſe; Iulio.

Officin. PENTAPHYLLI Radix, Herba.

GEVM. *L. g.* 692.

Cal. 10-fidus: *laciniis alternis* minimis, acutis. *Pet.* 5. *Sem.* plurima: hiſpida: ariſta geniculata.

511. GEVM *vrbanum* floribus erectis, fructibus globoſis villoſis: ariſtis vncinatis nudis, foliis lyratis. *L. ſ.* 2. *p.* 551.

In vmbroſis ad *ſepes*, *muros*, in *dumetis*, *nemoroſis* copioſe; Iunio.

Officin. CARYOPHYLLATAE Radix.

512. GEVM *riuale* floribus nutantibus, fructu oblongo: ariſtis plumoſis tortis. *L. ſ.* 2. *p.* 552.

In nemoribus humidis ad *Seben*, *Liebenau*, *Brena* rarius; Maio.

Officin. Gei rivalis Herba.

COMARVM. *L. g.* 694.

Cal. 10-fidus, coloratus, perſiſtens: *lacin. altern.* minoribus, inferioribus. *Pet.* 5. *Sem.* plurima, ſupra *recept.* ouatum, carnoſum, perſiſtens.

513. Comarvm *paluſtre. L. ſ.* 2. *p.* 554.
Pentaphylloides paluſtre rubrum. *Tourn. inſt.* 298. *Buxb. hal.* 253.
In pratis vliginoſis ad *Bitterfeld;* Iunio.

CLAS-

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores tetrapetali.*

PAPAVER. *L. g.* 704.

Cal. diphyllus. *Capſ.* ſemimultilocularis, coronata *ſtigmate* perſiſtente, ſub ſtigmate foraminibus plurimis dehiſcens.

* *Capſulis hiſpidis.*

514. PAPAVER *hybridum* capſulis ſubgloboſis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 571.

In agris *inter ſegetes* paſſim; Iunio, Iulio.

515. PAPAVER *Argemone* capſulis clauatis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 571.

In agris praeſertim arenoſis inter ſegetes ad *Seben, nach der Heide zu* et alibi frequens; Iunio, Iulio.

* * *Capſulis glabris.*

516. PAPAVER *Rhoeas* capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. *L. ſ.* 2. *p.* 572.

α. P. erraticum maius. *Bauh. pin.* 171.

β. P. erraticum minus. *Ibid.*

In agris *inter ſegetes* praeſertim *aeſtiuas;* β. in *agris arenoſis* vulgare: Iunio.

Officin. PAPAVERIS ERRATICI ſ. RHOEADIS Flores, – Semina.

517. PAPAVER *dubium* capſulis oblongis glabris, caule multifloro ſetis adpreſſis, foliis pinnatifidis inciſis. *L. ſ.* 2. *p.* 573.

P. er-

P. erraticum, capite longiſſimo glabro. *Tourn. inſt.* 238. *Buxb. hal.* 250.
In agris ad *Querfurth;* Iunio.

CHELIDONIVM. *L. g.* 703.

Cal. diphyllus. *Siliqua* linearis, 1-locularis.

518. CHELIDONIVM *maius* pedunculis vmbellatis. *L. ſ.* 2. *p.* 569.
In *ruderatis* vbique; aeſtate.
Officin. CHELIDONII MAIORIS Radix, Herba, Flores.

ACTAEA. *L. g.* 700.

Cal. 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* ſemiorbiculata, gemino ordine.

519. ACTAEA *ſpicata* racemo ouato, fructibus baccatis. *L. ſ.* 2. *p.* 567.
In nemoribus vmbroſis ad *Schochwitz im Lupholzchen*, ad *Lodersleben*, *Schmon* frequens; Maio, Iunio.

b. Flores pentapetali.

CISTVS. *L. g.* 728.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2-bus minoribus. *Capſ.* ſubrotunda, calyce obtecta.

520. CISTVS *Helianthemum* ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis reuolutis ſubpiloſis. *L. ſ.* 2. *p.* 603.
In paſcuis et ſyluaticis ſiccis *in der Heide*, *im Zorgs* et alibi copioſe; Iunio, Iulio.

Ciſtum *Fumanam* et *ſerpillifolium Knauth* 63. et *Buxbaum* 152. quidem enumerant, priorem *in der Heide bey dem Zorgs;* poſteriorem *bey Kelme und an den Schmoniſchen Bergen*, vbi ſpecies halce fruſtra quaeſiui et de vtraque maxime dubito.

TILIA.

TILIA. *L. g.* 717.

Cal. 5-partitus, deciduus. *Capſ.* coriacea, turbinato-globoſa, 5-locularis, 5-ualuis, baſi dehiſcens, 1-ſperma.

521. Tilia *europaea* floribus nectario deſtitutis. *L. ſ.* 2. *p.* 584.

α. T. femina, folio maiore. *Bauh. pin.* 426.

β. T. femina, folio minore. *ibid.*

α. In *vrbe*, *circa vrbem*, ad *pagos* culta; *β.* in nemoribus ad *Montem ſerenum*, *Löbechün*, *Lodersleben*, *Schmon* frequens: Iunio, Iulio.

Officin. Tiliae Cortex interior, Lignum, Flores.

Flores polypetali.

NYMPHAEA. *L. g.* 709.

Cal. 4-ſ. 5-phyllus. *Bacca* carnoſa, collo anguſtata, multilocularis.

522. Nymphaea *lutea* foliis cordatis integerrimis, calyce petalis maiore pentaphyllo. *L. ſ.* 2. *p.* 578.

In foſſis et piſcinis ad *Paſſendorf*, *in der Fuhne ad Löbechün* et alibi copioſe; Iunio, Iulio.

Officin. Nymphaeae lvteae Radix, Flores.

523. Nymphaea *alba* foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. *L. ſ.* 2. *p.* 578.

In aquis ſtagnantibus, profundis ad *Schkopau* rarius; inter *Brena* et *Bitterſeld* frequens: Iunio.

Officin. Nymphaeae albae Radix, Flores.

TRIGYNIA.

DELPHINIVM. *L. g.* 736.

Cal. o. *Pet.* 5: ſupremo cornuto. *Nectar.* ſeſſile, poſtice cornutum. *Capſ.* 3 ſ. 1.

524. Delphinivm *Conſolida* nectariis monophyllis, caule ſubdiuiſo. *L. ſ.* 2. *p.* 611.

In agris *inter ſegetes*, *aruis*, copioſe; in *pomoeriis* paſſim: Iunio, Iulio.

Officin. CONSOLIDAE REGALIS ſ. CALCATRIPPAE Herba, Flores.

Saepe monogyna.

ACONITVM. *L. g.* 737.

Cal. o. *Pet.* 5: ſupremo galeato. *Nectar.* 2, pedicellata, recurua. *Capſ.* 3. (in aliis ſpeciebus 5.)

525. ACONITVM *lycoctonum* foliis palmatis multifidis villoſis. *L. ſ.* 2. *p.* 615.

In nemoribus montoſis ad *Gröſt*, *Freyburg* rarius; Iunio.

526. ACONITVM *Napellus* foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis. *L. ſ.* 2. *p.* 615.

Napellus verus, flore caeruleo. *Park. Buxb. hal.* 233.

A. caeruleum ſ. Napellus 1. *Bauh. pin.* 183. *Knauth hal.* 78.

Im Mittelholze, vbi nondum vidi; Auguſto.

PENTAGYNIA.

AQVILEGIA. *L. g.* 741.

Cal. o. *Pet.* 5. *Nectar.* 5, corniculata, inter petala. *Capſ.* 5, diſtinctae.

527. AQVILEGIA *vulgaris* nectariis incuruis. *L. ſ.* 2. *p.* 619.

α. A. ſylueſtris. *Bauh. pin.* 144.

β. A. hortenſis, multiplici flore inuerſo. *l. c. p.* 145.

Aquilina plenis multiplicibus floribus. *Lob. ic.* 763.

γ. A. degener. *l. c.* 764. vireſcens. *Bauh. pin.* 145.

α. In *pomoeriis* paſſim; in nemoribus ad *Seben*, *im Rockenholze* frequens; β. in *pomariis*, *locis incultis hortorum*

torum paſſim; γ. in horto ad *Mücheln* prope *Wettin* locis incultis ſpontanea, olim vulgaris, nunc rariſſima: Maio.

Officin. AQVILEGIAE Herba, Flores, Semina.

NIGELLA. *L. g.* 742.

Cal. o. *Pet.* 5. *Nectar.* 8, bilabiata, trifida: ½. *Capſ.* 5, connexae.

528. NIGELLA *damaſcena* floribus inuolucro folioſo cinctis. *L. ſ.* 2. *p.* 621.

In *agris*, *paſcuis* rarius; in agris editioribus lapidoſis ad *Wettin nahe bey der Stadt* frequens: Iunio, Iulio.

529. NIGELLA *ſatiua* piſtillis quinis, capſulis muricatis ſubrotundis foliis ſubpiloſis. *L. ſ.* 2. *p.* 621.

In *cultis oleraceis* frequens; in *agris* paſſim: Iunio, Iulio.

Officin. NIGELLAE Semina.

530. NIGELLA *aruenſis* piſtillis quinis, petalis integris, capſulis turbinatis. *L. ſ.* 2. *p.* 621.

In *agris* poſt meſſem copioſiſſime; Iulio, Auguſto.

Numerus piſtillorum et capſularum in omnibus variat a 5-7.

POLYGYNIA.

CLEMATIS. *L. g.* 754.

Cal. o. *Pet.* 4, rarius 5. *Sem.* plurima, caudata.

531. CLEMATIS *Vitalba* foliis pinnatis: foliolis cordatis ſcandentibus. *L. ſ.* 2. *p.* 643.

α. C. latifolia integra. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 125.

β. C. latifolia dentata. *ibid.*

In *ſepibus*, *dumetis* frequens; Iulio, Auguſto.

532. CLEMATIS *erecta* foliis pinnatis: foliolis ouato-

lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetalisque. *L. f.* 2. *p.* 644.
Flammula recta. *Bauh. pin.* 300. *Buxb. hal.* 115.
Ad sepes circa *Bitterfeld* rarius; Iunio.
Officin. FLAMMVLAE (JOVIS) Herba, Flores,

THALICTRVM. *L. g.* 755.

Cal. 0. *Pet.* 4. *Sem.* plurima, ecaudata, submutica, nuda.

533. THALICTRVM *minus* foliis patulis: foliolis imis obtuse trilobis; supremis acutis, panicula diffusa, floribus nutantibus. *Hall. helv.* 1139.
T. fol. sexpartitis, florib. cernuis. *L. f.* 2. *p.* 646.
In pratis ad *Bischdorf*, *Rideburg*, *Canena*, *in der Heide* passim; in vineis ad *Benstädt* frequens: Iulio, Augusto.
Folia semper tripartita, nec vmquam sexpartita vidi. Multa communia cum T. *sibirico* habet, sed Floristae eminentiores, et descriptiones praesertim *Linnei* in *It. gotl.* 181. (vers. germ. 199.) me determinarunt, vt plantam nostram ad T. *minus* amandarem.

534. THALICTRVM *angustifolium* foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *L. f.* 2. *p.* 647.
In pratis *hinter der Gimritzer Schleuse* rarius; ad *Passendorf*, *Seben* et alibi frequens: Iulio.

535. THALICTRVM *flauum* caule folioso sulcato, foliolis acute trilobis, panicula multiplici erecta. *L. f.* 2. *p.* 648.
α. Ruta pratensis maior I. *Tab. hist.* 120.
β. T. *flauum speciosum. Linn. l. c.*
Ruta pratensis maior IV. *Tab. hist.* 120. 121.
α. In pratis ad *Cröllwitz* et alibi passim; β. *hinter der Gimritzer Schleuse* rarius; ad *Liebenau*, *Collenbey* passim: Iulio, Augusto.
Officin. THALICTRI Radix.
In T. *angustifolio* etiam caulis foliosus sulcatus et panicula multiplex erecta, hinc foliola acute triloba, *Hallerum* sequutus, adposui; licet saepe foliola nonnulla tantum biloba sint.

536. THALICTRVM *aquilegifolium* fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. *L. ſ.* 2. *p.* 649.
In pratis *in der Lucke*, ad *Paſſendorf* paſſim; Iulio, Auguſto.

CALTHA. *L. g.* 761.

Cal. 0. *Pet.* 5. *Nectar.* 0. *Capſ.* plures polyſpermae.

537. CALTHA *paluſtris. L. ſ.* 2. *p.* 973.
In *humidis vliginoſis* vulgaris; Maio.

ANEMONE. *L. g.* 751.

Cal. 0. *Pet.* 5-6-9. *Sem.* plurima, ſtylum retinentia.

* Hepaticae *flore ſubcalyculato*, *ſeminibus nudis.*

538. ANEMONE *Hepatica* foliis trilobis integerrimis. *L. ſ.* 2. *p.* 631.
α. Hepatica flore ſimplici caeruleo. *Rupp. ien.* 159.
β. Hep. fl. ſimpl. ſubpurpureo et rubro. *l. c.* 160.
γ. Hep. fl. albo ſimplici. *ibid.*
In nemoribus montoſis ad *Erdeborn*, *Brena*, *Schmon*, *Köſen*, α. frequens; β. rarius; γ. ad *Ziegelrode*, *Mücheln* rariſſime: Martio, Aprili.
Officin. HEPATICAE NOBILIS Herba, Flores.
Calyx pro *perianthio* non habendus, ſed pro *inuolucro*, cum ſpatio a corolla remotus ſit.

** Pulſatillae *pedunculo inuolucrato*, *ſeminibus lanatis.*

539. ANEMONE *Pulſatilla* pedunculo inuolucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. *L. ſ.* 2. *p.* 633.
In collibus apricis *nach der Heide zu*, *nach Seben*, *Wettin* et alibi copioſiſſime; Aprili.
Officin. PVLSATILLAE Herba.

540. ANEMONE *pratenſis* pedunculo inuolucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. *L. ſ.* 2. *p.* 633.

In ſyluaticis et nemoroſis apricis *in der Heide*, in pineto ad *Gutenberg* et alibi frequens; Aprili.

Officin. PVLSATILLAE NIGRICANTIS Herba.

* * * Anemonoideae *flore nudo*, *ſeminibus ecaudatis*.

541. ANEMONE *ſylueſtris* pedunculo nudo, ſeminibus ſubrotundis hirſutis muticis. *L. ſ.* 2. *p.* 635.

α. A ſylueſtris alba maior. *Bauh. pin.* 176.

β. A. ſylu. alba minor. *ibid. prodr.* 93.

In montoſis nemoroſis et ſyluaticis apricis *auf dem Hügel vor dem Sebenſchen Buſch*, *in der Heide auf dem Biſchofsberge*, *ad Dölau*, *im Mittelholze* rarius; Maio.

542. ANEMONE *nemoroſa* (petalis ouato-oblongis,) ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule vnifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 637.

In nemoribus ad *Seben*, et alibi copioſiſſime; Aprili.

Officin. RANVNCVLI ALBI Flores.

Variat *corolla* alba, purpuraſcente, roſea.

543. ANEMONE *ranunculoides* ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſubbifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 638.

In *pomariis*, *pratis nemoroſis* vulgatiſſima; Aprili.

Variat *caule* 1-2-3-floro.

TROLLIVS. *L. g.* 758.

Cal. 0. *Pet.* circiter 14. *Nectar.* linearia. *Capſ.* plurimae, ouatae, 1-ſpermae.

544. TROLLIVS *europaeus* corollis conniuentibus, nectariis longitudine ſtaminum, *L. ſ.* 2. *p.* 668.

In pratis ſubhumidis ad *Seben*, *Gutenberg* frequens; Iunio.

In culta planta *capſulae* 4-ſpermae.

RANVNCVLVS. *L. g.* 757.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5, *vngue* nectarifero. *Sem.* plurima, nuda.

* *Fo-*

* *Foliis ſimplicibus.*

545. RANVNCVLVS *Flammula* foliis ouato - lanceolatis petiolatis, caule declinato. *L. ſ.* 2. *p.* 653.

α. Flammula Ranunculus *Dod. pempt.* 432.

β. Flamm. Ranunc. folio ſerrato. *Ibid.*

In paſcuis vdis inundatis ad foſſas circa *Paſſendorf*, ad *Dölau* et alibi copioſe; β. rarius, ad *Liebenau* frequens; Iunio, Iulio.

546. RANVNCLVS *Lingua* foliis lanceolatis, caule erecto. *L. ſ.* 2 *p.* 653.

In foſſis ad ſtagna piſcinas ad *Granau* rarius; circa *Liebenau*, *Zörbig*, in alnetis paludoſis ad *Serueſtam nach dem Vogelherd zu* paſſim: Iulio, Auguſto.

R. *gramineum*, auſtralioris Europae incolam, omitto, licet *Buxb.* et *Knauth* ciuem Florae noſtrae faciant: in montoſis ad *Schmon*; Iunio.

547. RANVNCVLVS *Ficaria* foliis cordatis angulatis petiolatis, caule vnifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 656.

In *cultis*, *pomariis*, *dumetis* vmbroſis, *nemoroſis* vbique; Aprili.

Officin. CHELIDONII MINORIS. (ſ. FICARIAE) Herba. *Calyx* 3 - phyllus. *Petala* 8 - 9.

* * *Foliis diſſectis et diuiſis.*

548. RANVNCVLVS *auricomus* foliis radicalibus ſubreniformibus tripartitis acute crenatis; caulinis digitatis linearibus. *Curt. Lond.* 2. *t.* 41.

R. *auric.* foliis radic. reniformibus crenat. inciſis; caulin. digit. linearibus, caule multifloro. *L. ſ.* 2. *p.* 657.

In *pomariis*, *pratis* ſubhumidis vulgaris; Aprili, Maio.

Petala primo vere ſaepe nulla, poſtea 1 - 2, demum 5 perfecta.

549. RANVNCVLVS *ſceleratus* foliis inferioribus palmatis; ſummis digitatis, fructibus oblongis. *L. ſ.* 2. *p.* 658.

In *paludibus*, *foſſis*, aquis ſtagnantibus *pomoeriorum* frequens; aeſtate.

550. Ranunculus *bulbosus* calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. *L. s.* 2. *p.* 662.

In *pratis, pascuis,* ad *agros* frequens; Maio, Iunio. *Radix* in siccioribus et sterilioribus bulbosa, in humentibus et pinguioribus fibrosa.

551. Ranunculus *repens* calycibus patulis, pedunculis sulcatis sarmentis repentibus, foliis compositis. *L. s.* 2 *p* 662

In *cultis, agris* copiosissime; Maio et seqq.

552. Ranunculus *acris* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: summis linearibus. *L. s.* 2. *p.* 663.

In *pratis, pomariis, pascuis* vulgatissimus; Maio, Iunio.

Officin. Ranunculi (acris) Herba, Flores.

553. Ranunculus *lanuginosus* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis trifidis lobatis crenatis holosericeis. *L. s.* 2. *p.* 664.

In nemoribus montosis ad *Schmon beym heiligen Brunn* passim; Maio, Iunio. 64.

554. Ranunculus *aruensis* seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. *L. s.* 2. *p* 665.

In *cultis, agris* inter segetes frequens; Maio, Iunio.

555. Ranunculus *heterophyllus* foliis submersis capillaceis; emersis reniformi-palmatis. *Wigg. prim.* 42.

R. *aquatilis* foliis submersis capillaceis; emersis peltatis. *L. s.* 2. *p.* 667. *α.*

In aquis pacatioribus *paludibus, stagnis, piscinis, fossis, riuulis* passim; Maio, Iunio.

556. Ranunculus *aquatilis* foliis omnibus capillaceis: laciniis diuergentibus. *Wigg. l. c.*

R. *aquatilis. L. s.* 2. *p.* 667. 668. *β. γ.*

α. R. aquaticus albus, circinnatis tenuissime diuisis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis. *Pluk alm.* 311. *t.* 55. *f.* 2.

β. R.

β. R. trichophyllon aquaticus medio luteus. *Col. ecphr.* 1. *p.* 315. *t.* 316.

In *locis praedictis* frequentiſſime ; Maio , Iunio.

557. Ranvncvlvs *fluuiatilis* foliis omnibus capillaceis: laciniis parallelis longiſſimis. *Wigg. l. c.*

R. *aquatilis. L. ſ.* 2. *p.* 668. *δ.*

In aquis rapidioribus *Sala* fluuio *unter dem Damme bey der hohen Brücke* copioſe; in *riuulis* rarius: Maio, Iunio.

ADONIS. *L. g.* 756.

Cal. 5-phyllus. *Pet.* 5-15. *Nectar.* o. *Sem.* plurima, angulata, corticata.

558. Adonis *aeſtiualis* floribus pentapetalis, fructibus ouatis. *L. ſ.* 2. *p.* 650.

In agris inter ſegetes ad *Benſtädt*, *Langenbogen* paſſim ; Maio , Iunio.

Variat *corolla* miniata et ochroleuca: *vnguibus* ſemper atro-purpureis. *Petala* 6-8 , rarius 5.

559. Adonis *autumnalis* floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *L. ſ.* 2. *p.* 650.

In agris inter ſegetes ad *Paſſendorf*, *Gimritz* paſſim; Iunio, Iulio.

560. Adonis *vernalis* floribus dodecapetalis, fructibus ouatis. *L. ſ* 2. *p.* 651.

In collibus apricis ad *Lettin*, *Liſskau* prope lapidicinam rarius; *im Rockenholze am Wege*, *im Mittelholze*, ad *Benſtädt auf dem Vogelsberge* paſſim; ad *Seeburg* frequens: Aprili. Seeben

Radices pro radicibus Hellebori nigri perperam venditantur.

Petala 12-16. 25

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

a. Calyces ſubquinquefidi.

LEONVRVS. *L. g.* 780.

Inuol. ſetaceum. *Cal* angulatus, pentagonus. *Cor.* labium ſuperius villoſum. *Antherae* glandulis nitidis ſolidis adſperſae.

561. Leonvrvs *Cardiaca* foliis caulinis lanceolatis trilobis. *L. ſ.* 3. *p.* 67.

In ruderatis *im Stadtgraben hinter der Schulkirche*, ad *ſepes* paſſim; Iulio.

Officin. Cardiacae Herba.

562 Leonvrvs *Marrubiaſtrum* foliis ouatis lanceolatisque ſerratis, calycibus ſeſſilibus ſpinoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 68.

In ſiccis apricis ad *Erdeborn*, *Helſta*, in aggeribus inter *Bottendorf* et *Schönewerda* frequens; aeſtate.

GLECOMA. *L. g.* 773.

Antherarum ſingulum par in formam crucis conniuens.

563. Glecoma *hederacea* foliis reniformibus crenatis. *L. ſ.* 3. *p.* 47.

In *ſepibus* vmbroſis, *pomariis*, *dumetis* vbique; Aprili, Maio.

Officin. Hederae terrestris Herba.

HYS-

HYSSOPVS. *L. g.* 767.

Cor. ringens: *labii inferioris* lacinula intermedia crenata. *Filam.* recta, diſtantia.

564. Hyssopvs *officinalis* ſpicis ſecundis, foliis lanceolatis. *L. ſ.* 3. *p.* 29.
α. H. officinarum caerulea ſ. ſpicata. *Bauh. pin.* 217.
β. H. vulgaris alba. *l. c.* 218.
γ. H. rubro flore. *l. c.* 217.
In ruderatis ad *muros* rarius; in muris *pomoeriorum* frequens; Iulio.
Officin. Hyssopi Herba, Flores, Semina.

MENTHA. *L. g.* 771.

Cor. 4-fida, ſubaequalis: *lacin. ſuper.* latiore, emarginata. *Filam.* erecta diſtantia.

* *Spicatae.*

565. Mentha *ſylueſtris* ſpicis oblongis, foliis oblongis tomentoſis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. *L. ſ.* 3, *p.* 41.
In humidis ad ripas Salae *in den Pulverweiden*, in pratis vliginoſis ad *Seben* paſſim; Iulio, Auguſto.

566. Mentha *viridis* ſpicis oblongis, foliis lanceolatis nudis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. *L. ſ.* 3. *p.* 42.
In locis minus humidis *cum praecedente;* Iulio, Auguſto. 65.
Vix ſatis diuerſa a praecedente. In ſpecimine, quod ad manus habeo, *folia* ſubtus pubeſcentia.
Officin. Menthastri Herba, Flores.

567. Mentha *rotundifolia* ſpicis oblongis, foliis ſubrotundis rugoſis crenatis ſeſſilibus. *L. ſ.* 3. *p.* 42.
Ad foſſas circa *Biſchdorf*, *Rideburg* paſſim; Iulio, Auguſto.

** *Ga-*

* * *Capitata.*

568. MENTHA *aquatica* floribus capitatis, foliis ouatis ferratis petiolatis, ftaminibus corolla longioribus. *L. f.* 3. *p.* 43.

In *inundatis*, ad *aquas* vulgaris; Iulio, Augufto.

Officin. MENTHAE AQVATICAE Herba.

Variat *Staminibus* corolla breuioribus, (obferuante etiam *Poll. pal.* 2. p. 139.) ad *Bruckdorf*, *Dieskau* copiofiffima.

* * * *Verticillatae.*

569. MENTHA *fatiua* floribus verticillatis, foliis ouatis acutiufculis ferratis, ftaminibus corolla longioribus. *L. f.* 3. *p.* 44.

In pratis fubhumidis *in den Pulverweiden*, ad *Wörmlitz im Görz* paffim; Iulio, Augufto. 66.

570. MENTHE *gentilis* floribus verticillatis, foliis ouatis acutis ferratis, ftaminibus corolla breuioribus. *L f.* 3. *p.* 44.

In foffis et paludofis ad *Nietleben* et alibi frequens; Augufto.

571. MENTHA *aruenfis* floribus verticillatis, foliis ouatis acutis ferratis, ftaminibus corollam aequantibus. *L. f.* 3. *p.* 44.

In *agris* praefertim fubhumentibus poft meffem vbique; Iulio, Augufto.

Officin. MENTHAE SYLVESTRIS Herba.

572. MENTHA *Pulegium* floribus verticillatis, foliis ouatis obtufis fubcrenatis, caulibus fubteretibus repentibus, ftaminibus corolla longioribus. *L. f.* 3. *p.* 45.

In foffis ad *Diemitz*, in inundatis *in der Lucke*, ad *Seben*, in pratis fucculentis ad *Wörmlitz im Görz* rarius; in inundatis ad *Schkopau* frequens: Iulio, Augufto.

Officin. PVLEGII Herba.

SIDE-

SIDERITIS. *L. g.* 770.

Stam. intra tubum corollae. *Stigma* inferius breuius, vaginans ſuperius.

573. Sideritis *montana* herbacea ebracteata, calycibus corolla maioribus ſpinoſis: labio ſuperiore trifido. *L. ſ.* 3. *p.* 38.

In montoſis *in der Heide* olim frequens nunc rarius; Iunio.

TEVCRIVM. *L. g.* 764.

Cor. labium ſuperius 0; lab. inferius 5-fidum: *laciniis* 2 ſuperioribus profunde bipartitis, diuaricatis.

574. Tevcrivm *Botrys* foliis multifidis, floribus axillaribus ternis pedunculatis. *L. ſ.* 3. *p.* 11.

In aruis apricis ad *Schrapplau*, ad lapidicinam prope *Bottendorf* paſſim; Iulio.

Verticilli dimidiati 3-8-flori.

575. Tevcrivm *Chamaepitys* foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, caule diffuſo. *L. ſ.* 3. *p.* 11.

In vineis et aruis arenoſis ſiccis ad *Benſtädt*, *Kelme*, *Querfurth* paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin, Chamaepityos Herba.

576. Tevcrivm *Scorodonia* foliis cordatis ſerratis petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto. *L. ſ.* 3. *p.* 18.

Scorodonia *Riv. monop.* 12. *Buxb. hal.* 296.

Scorodotis ſ. Scordium folio ſaluiae. *Bauh. hiſt.* 3. *part.* 2. *p.* 293. *Knauth. hal.* 107.

In arenoſis editis ſub dumetis ad *Gutenberg*; Iulio.

577. Tevcrivm *Scordium* foliis oblongis ſeſſilibus dentato-ſerratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuſo. *L. ſ.* 3. *p.* 19.

In pratis paludoſis inundatis exſiccatis et ad foſſas

in

in den Pulverweiden, circa *Paſſendorf*, *in der Lucke*, ad *Rideburg*, *an der Fuhne* frequens; Iulio.

Officin. Scordii Herba.

578. Tevcrivm *Chamaedrys* foliis cuneiformi-ouatis inciſo-ſerratis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus ſubpiloſis. *L. ſ.* 3. *p.* 20.

In montoſis apricis et vineis ad *Benſtädt*, *Kelme beym Weinberge wenn man vom Zorgs hin gehet*, *Schmon* frequens; Iulio.

Officin. Chamaedryos Herba.

Verticilli dimidiati 2-5-flori.

579. Tevcrivm *montanum* corymbis terminalibus, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 22.

In *iisdem* cum praecedente *locis* frequens; Iulio, Auguſto.

AIVGA. *L. g.* 763.

Cor. labium ſuperius minimum, ſtaminibus breuius.

580. Aivga *pyramidalis* tetragono-pyramidalis villoſa, foliis radicalibus maximis. *L. ſ.* 3. *p.* 8.

In ſyluaticis et nemoroſis ſiccis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Liſskau* et alibi frequens; Maio, Iunio.

Officin. Consolidae mediae Herba.

581. Aivga *geneuenſis?* foliis tomentoſis lineatis, calycibus hirſutis. *L. ſ.* 3. *p.* 9.

Ad *Löbechün* in marginibus nemorum et in verſuris *nach der Hirſchtränke zu* rarius; Maio, Iunio.

Verticilli 10-flori. *Corolla* alba. *Folia* inferiora anguſtiora, vltra medium dentata.

582. Aivga *reptans* ſtolonibus reptantibus. *L. ſ.* 3. *p.* 9.

In pratis et nemoroſis *in der Aue*, ad *Seben* et alibi frequens; corolla carnea ad *Liebenau* rariſſime; Maio, Iunio.

BETO-

BETONICA. *L. g.* 776.

Cal. ariſtatus. *Cor. tub.* cylindricus, incur-uus: *lab. ſuper.* planiuſculum, adſcen-dens.

583. Betonica *officinalis* ſpica interrupta, corolla-rum lacinia labii inferioris intermedia emargi-nata. *L. ſ.* 3. *p.* 53.

α. B. purpurea. *Bauh. pin.* 235.

β B. alba. *ibid.*

In nemoribus *in der Heide*, *im Rockenholze*, ad *Mon-tem ſerenum*, *Löbechün* paſſim; *β.* rariſſime: Iu-nio, Iulio.

Officin. Betonicae Herba, Flores.

LAMIVM. *L. g.* 774.

Cor. lab. ſuper. integrum, fornicatum; *lab. infer.* bilobum; *fauce* vtrimque dente ſetaceo.

584. Lamivm *album* foliis cordatis acuminatis ſerra-tis petiolatis, verticillis vigintifloris. *L. ſ.* 3. *p.* 50.

In *ruderatis*, *cultis*, *pomariis*, ad *ſepes* copioſe; Maio et ſeqq.

Officin. Lamii albi ſ. Vrticae mortvae ſ. Ga-leopsidis Herba, Flores.

Verticilli 12-16, rarius 20-flori.

585. Lamivm *purpureum* foliis cordatis obtuſis petio-latis. *L. ſ.* 3. *p.* 50.

In *cultis*, *agris*, *ruderatis*, ad *ſepes* vbique; Aprili et tota aeſtate, ſaepe etiam hyeme ſub nive flo-ret. Varietas omnibus partibus maior ſpecioſa in *nemoroſis pinguibus* copioſe.

Verticilli 10-12-flori.

586. Lamivm *amplexicaule* foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. *L. ſ.* 3. *p.* 51.

α. Ga-

α. Galeopſis folio caulem ambiente. *Riv. mon.* 63.
β. G. folio caulem ambiente minor. *ibid.*

In *cultis*, *aruis*, *agris* frequens: aeſtate.

Denticuli in fauce corollae deficiunt.

Primo vere *corollas* non explicat: *labiis ſuperioribus* purpureis holofericeis. Aeſtate *corollae* perfectae: *tubis* longiſſimis; vnde duae vatietates. *Leers herborn.* 451.

GALEOPSIS. *L. g.* 775.

Cor. lab. ſuper. ſubcrenatum, fornicatum; *lab. infer.* 3-fidum; *fauce* vtrimque denticulo obtuſiuſculo, concauo.

587. Galeopsis *Ladanum* internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycibus inermibus. *L. ſ.* 3. *p.* 51.

α. Ladanum ſegetum. *Riv. monop.* 24.
β. Lad. ſegetum folio latiore. *ibid.*

In *agris*, *aruis* praeſertim arenoſis, in ſabuloſis et inter lapidum aceruos *bey den Steinbrüchen hinter der Steinmühle* copioſe; β. rarius; corolla alba rariſſime: Iulio, Auguſto.

588. Galeopsis *Tetrahit* internodiis caulinis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis, calycibus pungentibus. *L. ſ.* 3. *p.* 52.

α. Cannabis ſpuria. *Riv. monop.* 31.
β. Cannab. ſpuria flore maiore. *l. c.* 32.

α. In *agris*, *cultis* oleraceis, ad *ſepes* frequens; β. in nemoribus praeſertim locis caeduis et marginibus eorum ad *Liebenau*, *Löbechün* paſſim: Iulio, Auguſto.

589. Galeopsis *Galeobdolon* verticillis ſexfloris: inuolucro tetraphyllo. *L. ſ.* 3. *p.* 53.

In nemoribus vmbroſis *in der Heide* rarius; ad *Löbechün vorn im Oſtrauiſchen Holze*, ad *Rosleben*, *im Roſenthal vor Leipzig* frequens; Maio.

Charactere a congeneribus recedit. *Dentes* in corollae fauce deficiunt.

STACHYS. *L. g.* 777.

Cor. lab. ſup. fornicatum; *lab. inf.* 3-fidum: laterib. reflexum; *lacin. intermed.* maiore, emarginata. *Stam.* deflorata ad latera reflexa.

590. Stachys *ſyluatica* verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis. *L. ſ.* 3. *p.* 56.
In nemoribus vmbroſis ad *Seben* et alibi paſſim; Iunio, Iulio.

591. Stachys *paluſtris* verticillis ſubſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus ſeſſilibus. *L. ſ.* 3. *p.* 56.
Ad ripas *foſſarum*, *riuulorum*, in *agris* humidis paſſim; Iunio, Iulio.
Verticilli 6-10-flori.

592. Stachys *germanica* verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis, caule lanato. *L. ſ.* 3. *p.* 57.
In collibus et aſperis ſaxoſis ad *Giebichenſtein*, *Cröllwitz*, *Seben*, *Gutenberg* frequens; Iulio, Auguſto.

593. Stachys *recta* verticillis ſubſpicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis ſcabris, caulibus adſcendentibus. *L. ſ.* 3. *p.* 60.
In collibus aſperis ſaxoſis ad *Cröllwitz*, *Seben*, *Gutenberg*, *in der Heide*, ad margines nemorum *am Petersberge* et alibi frequens; Iulio.

594. Stachys *annua* verticillis ſexfloris, foliis ouato-lanceolatis trineruiis laeuibus petiolatis, caule erecto. *L. ſ.* 3. *p.* 61.
In agris et aruis editioribus praeſertim lapidoſis ad *Seben*, *Liſskau* paſſim; Iulio, Auguſto.
Officin. Sideritidis Herba.

NEPETA. *L. g.* 768.

Cor. lab. infer. crenulatum; *faux* margine reflexo. *Stam.* adproximata.

595. Nepeta *Cataria* floribus ſpicatis, verticillis ſubpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis. *L. ſ.* 3. *p.* 30.

In ruderatis et ad muros prope *Gimritz*, ad *Giebichenſtein* rarius; ad vias prope *Dieskau* paſſim: Iulio.

Officin. Nepetae ſ. Catariae Herba, Semina.

BALLOTA. *L. g.* 778.

Cal. 10-ſtriatus. *Cor. lab. ſup.* fornicatum, integrum, crenatum.

596. Ballota *nigra* foliis cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus acuminatis. *L. ſ.* 3. *p.* 62.

In *ruderatis*, ad *pagos* copioſiſſime; aeſtate.

Officin. Marrvbii nigri Herba.

MARRVBIVM. *L. g.* 779.

Cal. 10-ſtriatus, rigidus. *Cor. lab. ſuper.* rectum, lineare, bifidum.

597. Marrvbivm *ſupinum* dentibus calycinis ſetaceis rectis villoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 65.

In montoſis ad *Rosleben* paſſim; Iulio, Auguſto. 67.

Calyces 5-denati: denticulis ſubaequalibus. Supina non eſt planta; ſed erecta.

598. Marrvbivm *vulgare* dentibus calycinis ſetaceis vncinatis. *L. ſ.* 3. *p.* 65.

In *ruderatis*, ad *vias*, *pagos* copioſe; Iulio, Auguſto.

Officin. Marrvbii albi Herba.

Calyces 10-dentati: denticul. altern. minoribus.

b. Calyces bilabiati.

SCVTELLARIA. *L. g.* 792.

Cal. ore integro, poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

599. Scvtellaria *galericulata* foliis cordato-lanceolatis

latis crenatis, floribus axillaribus. *L. ſ.* 3. *p.* 98.

Ad foſſas riuulos in pratis humidis *in den Pulverweiden*, ad ripas Salae *auf der kleinen Wieſe*, *in der Lucke*, ad *Paſſendorf*, *Nietleben* et alibi paſſim; Iulio, Auguſto.

600. Scvtellaria *haſtifolia* foliis integerrimis: inferioribus haſtatis; ſuperioribus ſagittatis. *L. ſ.* 3. *p.* 98.

S. folio non ſerrato. *Riv. monop.* 77. *Buxb. hal.* 299.

Ad lacum ſalſum prope *Rulsdorf*; Iulio, Auguſto.

THYMVS. *L.* g. 785.

Calycis faux villis clauſa.

601. Thymvs *Serpillum* floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. *L. ſ.* 3. *p.* 79.

α. Serpyllum vulgare minus. *Bauh. pin.* 220.

Folia ouata, glabra: baſi et ſaepe vltra medium ciliata. *Calyces* purpurei, ciliati. *Stamina* corolla minora. *Styli* exſerti.

β. T. *Serp.* folio longiori ciliato. *Hall helv.* 235. α. b.

Folia oblonga, ſaepe ad apicem fere ciliata. Reliqua prioris.

γ. Serpyllum vulgare maius. *Bauh. pin.* 220.

Folia oblongo-ouata, glabra: baſi ciliata. *Calyces* purpurei, ciliati. *Stamina* corollam ſuperantia.

δ. Serpyll. maius latifolium. *Bauh. ibid.*

Folia ouata, obtuſiſſima: vix baſi ciliata. *Calyc.* purpurei: dentibus labii ſuperioris parum ciliatis. *Stamina* corolla breuiora.

ε. Serp. foliis citri odore. *Bauh. ibid.*

Omnia prioris. *Folia* trita odorem Citri medicae ſpirant.

ζ. Serpyllum erectum. *Riv. monop.* 41.

Caules erecti, nec vt in prioribus decumbentes. *Folia* ouata, obtuſiſſima: baſi ciliata. *Calyces* purpurei, ciliati. *Stamina* corolla breuiora.

η. Serp. montanum hirſutum. *Riv. monop.* 42.
Folia ouata vndique piloſa.
ϑ. Serpyll. flore albo. *Hall. helv.* p. 103.
ι. T. *Serp.* foliis ouatis; ſupremis in capitulum lanuginoſum coadunatis. *Scop. carn.* 2. *n.* 736. *var.* 5.
Folia terminalia a Cynipe oua ibi ponente in globulum monſtroſum coaleſcunt.
α. β. In *aridis* apricis vbique; γ. δ. frequens; ε. ζ. in nemoroſis *in der Heide*, ad *Dölau* paſſim; η. ϑ. rarius; ι. in collibus ſiccis rarius: aeſtate.
Officin. α.-ε. SERPYLLI Herba cum Floribus.

602. THYMVS *Acinos* floribus verticillatis, pedunculis vnifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis. *L. ſ.* 3. *p.* 81.
In *glareoſis* et *lapidoſis* ſiccis paſſim; Iulio, Auguſto.

PRVNELLA *L. g.* 793.

Filam. apice bifurca: altero ramo antherifera.

603 PRVNELLA *vulgaris* foliis omnibus ouato-oblongis ſerratis petiolatis, (calycis labio ſuperiore truncato.) *L. ſ.* 3. *p.* 101. α.
In *pratis*, *pomariis*, *paſcuis* vulgaris; aeſtate.
Officin. PRVNELLAE ſ. CONSOLIDAE MINORIS Herba.
Folia oblongo-ouata, obtuſiuſcula. *Calycis labium ſuperius* truncatum, leuiſſime tridentatum.

604. PRVNELLA *grandiflora* foliis omnibus ouato-oblongis ſerratis petiolatis, (calycis labio ſuperiore trilobo.) *L. ſ.* 3. *p.* 101. β.
In collibus ad *Giebichenſtein*, *Seben*, *Lettin* et alibi paſſim; aeſtate.
Folia ouato-oblonga, acutiuſcula. *Calycis labium ſuperius* profunde trilobum.

605. PRVNELLA *laciniata* foliis ouato-oblongis petiolatis: ſupremis quatuor lanceolatis dentatis. *L. ſ.* 3. *p.* 101.

Iis-

Iisdem *cum P. vulgari* locis rariſſime; aeſtate.

Varietas P. *vulgaris* potiori iure, quam grandiflora.

DRACOCEPHALVM. *L. g.* 787.

Cor. faux inflato-dilatata: *labium ſuperius* concauum, complicatum.

755. ERVVM *tetraſpermum* pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *L. ſ.* 3. *p.* 476.

In *agris*, *aruis*, *cultis* frequens; aeſtate.

Sti-

Stipulae lanceolatae, acutae: *inferiores* denticulo ad basin; *superiores* integerrimae. *Calyx* corolla multo breuior. *Semina* 3-5.

756. Ervvm *hirsutum* pedunculis multifloris, seminibus globosis binis. *L. s.* 3. *p.* 477.

In *agris* inter segetes, *pratis*, *cultis*, *hortis* fere vbique; aestate.

Stipulae inferiores 3-4-fidae; *intermediae* denticulo laterali; *supremae* saepe integerrimae.

757. Ervvm *monanthos* pedunculis vnifloris. *L. s.* 3. *p.* 478.

In *cultis* passim; in pratis syluaticis *in der Heide* copiose: Iunio. 81.

Stipula altera lanceolata, integerrima; *altera opposita* triplo ad quadruplo maior, petiolata, pedato-multifida: laciniis setaceis, longissimis, patulis. *Corolla* calyce duplo longior.

LOTVS. *L. g.* 969.

Cal. tubulosus. *Alae* sursum longitudinaliter conniuentes. *Legum.* teres, strictum, farctum. *Sem.* cylindrica.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum constituentibus.*

758. Lotvs *maritimus* leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, foliis glabris, bracteis lanceolatis. *L. s.* 3. *p.* 564.

Ad *Lacum salsum*, *an der Salzke* frequens; Iunio.

759. Lotvs *siliquosus* leguminibus solitariis membranaceo quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis subtus pubescentibus. *L. s.* 3. *p.* 564.

In pratis et versuris ad *Seben* et alibi frequens; Iunio.

Inuitus separo a *maritimo.* In maritimo *folia* saepe minora, pinguiora, carnosiora: margine tantum et neruo medio pilis adpressis ciliata; *calycis* dentes etiam ciliati; *legumina* graciliora. An notae sufficientes pro distin-

guenda ſpecie? Sane, qui coniungit, non errabit Primus diſtinxit *Magn. monſp.* 165. coniungit *Gerard gallopr.* 512.

* * *Pedunculis multifloris in capitulum.*

760. Lotvs *corniculatus* capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *L. ſ.* 3. *p.* 568.

α. L. ſ. Melilotus pentaphyllos minor glabra. *Bauh. pin.* 332.

β. L. pentaphyllos, flore maiore luteo ſplendente. *ibid.*

α. In *verſuris*, *pratis*, *paſcuis*, ad *vias* vbique; β. in *pratis nemoroſis* humentibus paſſim: aeſtate.

Officin. Loti sylvestris Herba, Flores.

CLAS-

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA. POLYANDRIA.

HYPERICVM. *L. g.* 981.

Cal. 5-partitus, inferus. *Pet.* 5. *Filam.* in 3-5 phalanges baſi coalita. *Capſ.* loculis numero ſtylorum.

761. HYPERICVM *quadrangulare* floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. *L. ſ.* 3. *p.* 595.

In pratis humidis iuxta riuulos ad *Seben*, *Gutenberg*, ad foſſas prope *Wieskau*, ad *Rosleben auf dem Riedt* rarius; ad piſcinas prope *Bruckdorf*, *Dieskau* paſſim; Iulio.

762. HYPERICVM *perforatum* floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. *L. ſ.* 3. *p.* 595.

In *pomoeriis*, *ſepibus*, *dumetis*, *verſuris*, *pratis* nemoroſis copioſe; aeſtate.

Officin. HYPERICI Herba, Flores, Semina.

Variat *foliis* anguſtioribus, fere linearibus, vix pellucido-punctatis; in nemoribus ad *Löbechün* frequens.

763. HYPERICVM *humifuſum* floribus trigynis axillaribus ſolitariis, caulibus ancipitibus proſtratis filiformibus, foliis glabris. *L. ſ.* 3. *p.* 596.

In arenoſis *in der Heide* paſſim; *zwiſchen der Heide und Dölau* rarius; in paſcuis ſiccis ad vias et in aruis *am Lindberge*, *Zorgs*, ad *Liſskau* copioſe; in paludoſis ad *Dieskau*, *aruis* arenoſis, collibus et verſuris ad *Montem ſerenum* rariſſime: aeſtate.

764. HYPERICVM *montanum* floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, foliis ouatis glabris. *L. ſ.* 3. *p.* 597.

In

In nemoribus montofis *im Zorgs* rarius; ad *Montem ſerenum* paſſim: Iulio.

765. Hypericvm *hirſutum* floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulofis, caule tereti erecto, foliis ouatis ſubpubeſcentibus. *L. ſ.* 3. *p.* 598.

In nemoribus *in der Peiſnitz*, *im Werder bey Trotha*, *im Lindberg*, ad *Wettin in der Brennau*, *Löbechün* paſſim; Iulio.

766. Hypericvm *pulchrum* floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulofis, caule tereti, foliis amplexicaulibus cordatis glabris. *L. ſ.* 3. *p.* 599.

H. minus erectum. *Bauh. pin.* 279. *Buxb. hal.* 163. *Knauth. hal.* 61.

In montofis apricis ad *Benſtädt*, *Montem ſerenum*; Iunio.

CLAS-

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQVALIS.

a. Semiflosculosi, *corollis omnibus ligulatis.*

CICHORIVM. *L. g.* 1000.

Cal. calyculatus. *Recept.* subpaleaceum. *Pappus* sub-5-dentatus, obsolete pilosus.

767. CICHORIVM *Intybus* floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis. *L. s.* 3. *p* 665.

In campestribus ad *vias*, in *versuris*, *pratis* vbique; Iulio, Augusto.

Officin. CICHORII (SYLVESTRIS) Radix, Herba, Flores, Semina.

Corollis albis variat.

HYPOCHAERIS. *L. g.* 997.

Cal. subimbricatus: *basi* ventricosus. *Recept.* paleaceum. *Pappus* stipitatus, plumosus.

768. HYPOCHAERIS *maculata* caule subnudo: ramo solitario, foliis ouato-oblongis integris dentatis. *L. s.* 3. *p.* 661.

In pratis montosis nemorosis *in der Heide*, ad *Dölau*, *im Mittelholze*, ad *Löbechün* passim; Iunio, Iulio.

Officin. HERBAE COSTAE s. COSTI NOSTRATIS Herba, Flores.

769. HYPOCHAERIS *glabra* glabra, calycibus oblongis im-

imbricatis, caule ramoſo nudo, foliis dentato-ſinuatis. *L. ſ.* 3. *p.* 662.

In campeſtribus arenoſis ad *Giebichenſtein*, *Seben* paſſim; in agris et aruis arenoſis *vor der Heide am Faſanhauſe*, ad *Liſskau* frequens: Iulio, Auguſto.

Pappus radii ſeſſilis; *diſci* ſtipitatus.

770. HYPOCHAERIS *radicata* foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo laeui, pedunculis ſquamoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 662.

In paſcuis et verſuris ad *Diemitz* paſſim; aeſtate.

Officin. HERBAE COSTAE VVLGARIS Herba, Flores.

Calycis ſquamae interiores apice 2 - 5 fidae.

TRAGOPOGON. *L. g.* 984.

Cal. ſimplex: laciniis baſi coalitis. *Recept.* nudum. *Pappus* ſtipitatus plumoſus.

771. TRAGOPOGON *pratenſe* calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris ſtrictis. *L. ſ.* 3. *p.* 611.

In *pratis, aggeribus* frequens; Iunio.

Folia apice curuato - ſubcriſpa. *Calycis* laciniae corollae radium luteum ſaepe ſuperant.

Officin. BARBAE HIRCI Radix, Herba.

772. TRAGOPOGON *porrifolium* calycibus corollae radio longioribus, foliis integris ſtrictis, pedunculis ſuperne incraſſatis. *L. ſ.* 3. *p.* 612.

In cultis et pratis nemoroſis ad *Gutenberg*, *im Rocken- und Mittelholze* paſſim; Iunio.

Folia latiora. *Calyx* corollis purpureo - caeruleis duplo longior.

PICRIS. *L. g.* 986.

Cal. calyculatus. *Recept.* nudum. *Sem.* transuerſim ſulcata. *Papp.* plumoſus.

773. PICRIS *hieracioides* perianthiis laxis, foliis integris, pedunculis ſquamatis in calycem. *L. ſ.* 3. *p.* 619.

In

In *pomariis*, *verſuris*, *pratis*, *nemoroſis* frequens; Iulio, Auguſto.

LEONTODON. *L. g.* 991.

Cal. imbricatus: *ſquamis* laxis. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus.

774. LEONTODON *Taraxacum* calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis laeuibus. *L. ſ.* 3. *p.* 631.

α. Dens leonis latiore folio. *Bauh. pin.* 126.

β. Dens leonis anguſtiore folio. *ibid.*

In *pomariis*, *paſcuis*, *pratis*, *verſuris*, *hortis*, ad *vias* vbique; ab Aprili in Auguſtum.

Officin. TARAXACI Radix, Herba.

Pappus longiſſime ſtipitatus, ſimplex.

775. LEONTODON *autumnale* caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *L. ſ.* 3. *p.* 633.

In *paſcuis*, *pratis*, *verſuris* vbique; Iulio, Auguſto.

Pappus radii ſeſſilis; *diſci* ſubſtipitatus. *Semina* transuerſim rugoſo-ſubſulcata, hinc Picridis generi adfinis.

776. LEONTODON *hiſpidum* calyce toto erecto hiſpido, foliis dentatis integerrimis hiſpidis: pilis furcatis. *L. ſ.* 3. *p.* 634.

α. Hieracium caule aphyllo hirſutum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1038.

β. Hieracium VIII. folio Hedypnoidis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 142.

α. In verſuris ad *Diemitz*, in nemoribus et ad margines eorum ad *Löbechiin* paſſim; ad *Montem ſerenum* frequens: *β*. in rupibus ad *Cröllwitz*, montoſis *in der Heide*, collibus aridis apricis et ſecus vias ad *Kelme* paſſim: Iunio, Iulio.

Calyx totus hiſpidus, ſetis ſimplicibus. *Pappus* ſeſſilis plumoſus. *Pili* foliorum 2-3-furcati.

777. LEONTODON *hirtum* calyce toto erecto laeuiuſculo, foliis dentatis hirtis: ſetis furcatis, ſemi-

nibus

nibus radii calyculo proprio; diſci pappo coronatis.

L. *hirtum* calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis: ſetis ſimpliciſſimis. *L. ſ.* 3. *p.* 634.

α. Hieracium dentis leonis folio, hirſutie aſperum, minus laciniatum. *Bauh. pin.* 127.

β. H. dentis leonis folio, hirſutie aſperum, magis laciniatum. *ibid.*

α. In pratenſibus humidis ad *Bruckdorf an der Ride* rarius; *β*. in arenoſis ad *Löbechün am alten Landgraben* copioſe; Iulio, Auguſto.

Calyx laeuis in *α*. interdum baſi et neruo medio ſquamarum hiſpidus. *Semina radii* calyci proxima caliculo proprio multidentato; *intermedia* pappo ſeſſili; *centralia* ſubſtipitato, plumoſo-coronata: omnia transuerſe rugoſa. *Setae* foliorum pleraeque apice etiam bifurcatae.

SCORZONERA. *L.* g. 985.

Cal. imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus.

778. Scorzonera *humilis* caule ſubnudo vnifloro, foliis lato-lanceolatis neruoſis planis. *L. ſ.* 3. *p.* 615.

In pratis ſyluaticis et nemoroſis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Löbechün* paſſim; Iunio, Iulio.

Officin. Scorzonerae Radix, Herba, Semina.

Caule bipedali ramoſo, folioſo: *foliis* ſerrulatis, Scorzonerae *hiſpanicae* admodum ſimilis, licet folia minime vndulata ſint; in nemoribus ad *Löbechün* rarius.

779. Scorzonera *purpurea* foliis lineari-ſubulatis integris canaliculato-triquetris, pedunculis cylindricis. *L. ſ.* 3. *p.* 616.

In montoſis ſiccis ſyluaticis *zwiſchen Dölau und Liſkau*, *im Rockenholze*, in apricis ad *Spickendorf auf dem Schwerziſchen Weinberge*, ad Montem ſerenum ad ſiniſtram viae *von dem Forſthauſe*

hauſe nach Drelitz, prope *Rosleben* rarius; Iunio, Iulio.

780. Scorzonera *laciniata* foliis linearibus dentatis acutis, caule erecto, calycum ſquamis patulo-mucronatis. *L. ſ.* 3. *p.* 617.

In aridis apricis ad vias prope *Wörmlitz*, *bey der Bergſchenke* et alibi infrequens; Iunio, Iulio.
Pappus omnium ſeſſilis.

CREPIS. *L. g.* 993.

Cal. calyculatus: ſquamis difformibus, deciduis. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

781. Crepis *foetida* foliis runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis. *L. ſ.* 3. *p.* 650.

In ſabuloſis ad *Giebichenſtein* frequens; Iulio, Augusto. 82.
Pappus ſtipitatus. *Recept.* ſubpiloſum.

782. Crepis *tectorum* foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus laeuibus; inferioribus dentatis. *L. ſ.* 3. *p.* 652.

In aridis macris apricis ad *Dölau* et alibi, in *muris* limoſis, inter *ſegetes*, ad *margines agrorum* paſſim; aeſtate.
Pappus ſeſſilis.

783. Crepis *biennis* foliis runcinato pinnatifidis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *L. ſ.* 3. *p.* 653.

In *pomariis*, *pratis*, copioſiſſime; aeſtate.
Pappus ſeſſilis.

CHONDRILLA. *L. g.* 989.

Cal. calyculatus, multiflorus. *Recept.* nudum. *Sem.* muricata. *Papp.* ſtipitatus, piloſus.

784. Chondrilla *iuncea* foliis radicalibus runcinatis; caulinis linearibus integerrimis. *L. ſ.* 3. *p.* 627.

In *agris*, *aruis*, eorumque *marginibus*, glareosis asperis ad rupes versus *Giebichenstein* rarius; inter segetes ad *Seeburg* passim: Iulio.

PRENANTHES. *L. g.* 990.

Cal. calyculatus. *Flosculi* simplici serie. *Recept.* nudum. *Papp.* substipitatus, pilosus.

785. Prenanthes *muralis* flosculis quinis, foliis runcinatis. *L. f.* 3. *p.* 630.

In nemoribus vmbrosis ad *Schmon am heiligen Brunn* passim; Iulio, Augusto.

Officin. Chondrillae veterum Herba.

LACTVCA. *L. g.* 988.

Cal. cylindricus, imbricatus, squamis margine membranaceis. *Recept.* nudum. *Sem.* laeuia. *Papp.* stipitatus, pilosus.

786. Lactvca *quercina* foliis runcinatis denticulatis acutis: subtus laeuibus, caule glabro. *L. f.* 3. *p.* 624.

In nemoribus ad *Dölau*, *Wettin in der Brennau* passim; *in der Heide*, *Seben*, *Benstädt im Thierholze*, *Löbechün* frequens: Iulio.

Variat *foliis* vel minus laciniatis, obtusiusculis; vel profunde pinnatifidis acuminatis.

787. Lactvca *Scariola* foliis verticalibus carina aculeatis. *L. f.* 3. *p.* 625.

In *ruderatis*, *aggeribus* fossarum, ad *sepes*, *margines agrorum* copiose; Iulio, Augusto.

788. Lactvca *virosa* foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. *L. f.* 3. *p.* 625.

In aggeribus ad fossas et sepes circa *Diemitz*, *Bischdorf* passim; Iulio, Augusto.

Officin. Scariolae s. Intybi angusti Semina.

789. Lactvca *saligna* foliis hastato-linearibus sessilibus carina aculeatis. *L. f.* 3. *p.* 626.

Ad

Ad lacum ſalſum prope *Rulsdorf* frequens; Iunio.

Variat *foliis* lanceolato-linearibus integris denticulatis, et haſtato-pinnatifidis.

790. Lactvca *perennis* foliis linearibus dentato-pinnatis: laciniis ſurſum dentatis. *L. ſ.* 3. *p.* 627.

In marginibus nemorum ad *Schmon*, *Gröſt* paſſim; aeſtate.

Etiam in apricis *des Mittelholzes* teſtante *Buxbaum*, vbi vero noſtris temporibus nondum reperta.

HIERACIVM. *L. g.* 992.

Cal. imbricatus, ouatus. *Recept.* nudum. *Papp.* ſeſſilis piloſus.

* *Scapo nudo vnifloro.*

791. Hieracivm *Piloſella* foliis integerrimis ouatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo vnifloro. *L. ſ.* 3. *p.* 638.

In aridis ſiccis *campeſtribus*, *collibus*, apricis *ſyluaticis* copioſiſſime; Maio et ſeqq.

Officin. Avricvlae mvris ſ. Pilosellae Herba, Flores.

* * *Scapo nudo multifloro.*

792. Hieracivm *dubium* foliis integris ouato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *L. ſ.* 3. *p.* 638.

In nemoribus ad *Schmon* copioſe; Iunio, Iulio. 83.

793. Hieracivm *Auricula* foliis integerrimis lanceolatis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *L. ſ.* 3. *p.* 638.

In aridis ſiccis *paſcuis*, *verſuris*, ad vias *in der Heide* frequens; Iunio, Iulio.

* * * *Caule folioſo.*

794. Hieracivm *chondrilloides* caule ramoſo, foliis caulinis elongato-dentatis glabris; radicalibus lanceolatis integris. *L. ſ.* 3. *p.* 641.

In aruis montoſis nemoribus confinibus ad *Löbe-*

chün nach dem Ostrauischen Holze zu rarius; Iulio. 84.

Variat 1. *foliis radicalibus* dentatis; *caulinis* elongato-dentatis, 2. *foliis radicalibus* dentatis; *caulinis* praesertim superioribus linearibus integerrimis.

795. HIERACIVM *murorum* caule ramoso, foliis radicalibus ouatis dentatis; caulino minori. *L. s.* 3. *p.* 642.

α. H. *murorum pilosissimum. Linn. l. c.* 643.
Pulmonaria gallica mas. *Tab. hist.* 504.
P. gallica siue aurea. *eiusd. icon.* 194.
β. Hieracium *murorum sylvaticum. Linn. ibid.*
Pulmonaria gallica femina. *Tab. icon.* 195.
γ. P. gallica tenuifolia. *ibid.*
δ. Hieracium myophorum, siue mures proferens. *Heuch. witt.* 2. *p.* 74.

α. In *muris vrbis*, rupibus ad *Cröllwitz* frequens; *β.* in syluaticis et nemoribus *in der Heide* et alibi copiosissime; *γ.* in aruis montosis nemoribus confinibus ad *Löbechün nach dem Ostrauischen Holze zu* rarius; *δ.* inter *β.* rarissime; Iulio, Augusto.

β. Variat *caule* magis minusue folioso ramoso, *foliisque caulinis* profunde dentatis.

Officin. PVLMONARIAE GALLICAE Herba.

796. HIERACIVM *sabaudum* caule erecto multifloro, foliis ouato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. *L. s.* 3. *p.* 647.

In syluaticis et nemoribus *in der Heide*, ad *Dölau* et alibi passim; Iulio, Augusto.

Variat 1. *foliis* ouatis, 2. *foliis* elliptico-oblongis, profundius dentatis.

797. HIERACIVM *vmbellatum* foliis linearibus subdendatis sparsis, floribus subumbellatis. *L. s.* 3. *p.* 647.

α H. alterum grandius. *Lob. icon.* 240.
β. Varietas foliis pene ouatis vix dentatis, caule humili pene vnifloro. *Hall. helv.* 34. *β.*

γ. Fo-

γ. Foliis linearibus ſubdentatis, caule humili ramoſo multifloro.

H. foliis anguſtiſſimis dentatis, caule fruticoſo ſtriato multifloro. *Reyg. gedan.* 193.

α. In paſcuis ſiccis *in der Heide*, vineis ad *Kelme*, *Rulsdorf* paſſim; β. in paſcuis ſiccis *vör der Heide* frequens; γ. in paſcuis ad *Nietleben* rarius: Iulio, Auguſto.

Receptaculum ſetoſum vt in Hier. *ſabaudo*.

β. *Folia radicalia* ouata, vel ouato-lanceolata, ſubdenticulata, teneriora quam in α. *caulina* rariora lanceolato-linearia, integerrima. *Caulis* filiformis, 1-rarius 2-rariſſime 3-florus. In planta culta *caulis* ramoſus et omnia quadruplo-quintuplo maiora.

γ. *Caulis* ſtatim a radice ramoſus, diffuſus, palmaris-ſpithamâlis, ſcabriuſculus. *Folia radicalia* lanceolato-linearia, ſubdenticulata, ſupra glabra, infra et marginibus parum ſcabra; *caulina* linearia, acuminata, integerrima.

SONCHVS. *L. g.* 987.

Cal. imbricatus, ventricoſus. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus, (in noſtratibus) ſeſſilis, molliſſimus.

798. Sonchvs *paluſtris* pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis. *L. ſ.* 3. *p.* 620.

Ad foſſas *hinter den Königlichen Salzkothen jenſeits der Sale*, prope *Bruckdorf* rarius; in arundinetis ad lacum ſalſum prope *Rulsdorf* paſſim: Iulio et ſeqq.

799. Sonchvs *aruenſis* pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis. *L. ſ.* 3. *p.* 621.

In agris praeſertim argilloſis *inter ſegetes* frequens; aeſtate.

800. Sonchvs *oleraceus* pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. *L. ſ.* 3. *p.* 621.

α. S. *oleraceus. laeuis ibid.*

S. foliis amplexicaulibus dentatis integris aut ſemipinnatis, calycibus laeuibus. *Hall. helv.* 21.

a. S. laeuis latifolius. *Tab. icon.* 190.

b. S. laeuis alter, flore luteo. *ibid.*

β. S. *oleraceus aſper. Linn. l. c.*

S. foliis amplexicaulibus rigidiuſculis integris aut ſemipinnatis dentatis, calycibus laeuibus. *Hall. helv.* 22.

a. Varietas foliis integris non laciniatis per oram ſerratis. *ibid.*

b. Var. petiolo foliaceo ſerrato, pinnis triangularibus ſerratis. *ibid.*

α. In *cultis* oleraceis, *ruderatis*, ad *ſepes* vbique; *β.* in *cultis*, *agris*, *aruis* copioſiſſime: aeſtate.

Officin. *α.* Sonchi laevis, *β.* Sonchi asperi Folia.

801. Sonchvs *alpinus* pedunculis ſquamoſis, floribus racemoſis, foliis runcinatis. *L. ſ.* 3. *p.* 623.

In nemoribus montoſis *in den Schmoniſchen Bergen*, inter *Schmon* et *Wendelſtein* paſſim; Iulio.

Pappus ſubſtipitatus.

LAPSANA. *L. g.* 998.

Cal. calyculatus, angulatus: ſquamis interioribus canaliculatis. *Recept.* nudum.

802. Lapsana *communis* calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. *L. ſ.* 3. *p.* 663.

In *cultis*, *hortis*, *nemoribus* caeduis copioſiſſime; aeſtate.

Variat *foliis* magis integris, vel baſi pinnatifidis. *Pappus* nullus.

HYOSERIS. *L. g.* 995.

Cal. ſubaequalis. *Recept.* nudum. *Papp.* (in noſtra) nullus.

803. Hyoseris *minima* caule diuiſo nudo, pedunculis incraſſatis. *L. ſ.* 3. *p.* 658.

In agris arenosis *inter segetes*, *aruis* passim; Iulio, Augusto.

b. Capitati.

CARLINA. *L. g.* 1008.

Cal. imbricatus, radiatus squamis interioribus longis, nitidis, coloratis.

804. CARLINA *acaulis* caule unifloro flore breuiore. *L. f.* 3. *p.* 693.

In montosis asperis apricis ad *Schraplau*, *Querfurth* rarius; Iulio, Augusto.

Officin. CARLINAE s. CARDOPATIAE Radix.

805. CARLINA *vulgaris* caule multifloro corymboso, floribus terminalibus, calycibus radio albo. *L. f.* 3. *p.* 694.

In montosis aridis sabulosis ad *lapidicinas*, *vorn in der Heide beym Fasanhause*, ad *Dölau* passim; Iulio, Augusto.

Officin. HERACANTHAE Radix.

CNICVS. *L. g.* 1005.

Cal. ouatus, obuallatus bracteis, imbricatus: squamis ramoso-spinosis. *Corollulae* aequales.

806. CNICVS *oleraceus* foliis pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concauis integris subcoloratis. *L. f.* 3. *p.* 687.

In humentibus pratis et nemorosis ad *Seben*, *Gutenberg* et alibi frequens; Iulio, Augusto.

ARCTIVM. *L. g.* 1002.

Cal. globosus: squamis apice inflexo-hamatis.

807. ARCTIVM *Lappa* foliis cordatis inermibus petiolatis. *L. f.* 3. *p.* 667.

α. Capitulis glabris maioribus et minoribus. *Hall. helv.* 161. β. γ.

β. Capitulis tomentofis. *ibid.* α.

In *ruderatis*, ad *vias*, *fepes*, *pagos* vbique; Iulio, Augufto.

Officin. BARDANAE Radix, Herba, Semina.

CARDVVS. *L.* g. 1004.

Cal. ventricofus imbricatus: fquamis fpinofis. *Recept.* pilofum. *Papp.* feffilis.

* *Foliis decurrentibus.*

808. CARDVVS *lanceolatus* foliis decurrentibus pinnatifidis hifpidis: laciniis diuaricatis, calycibus ouatis fpinofis villofis, caule pilofo. *L. f.* 3. *p.* 674.

In *ruderatis*, *aggeribus*, ad *vias*, *pagos* vulgaris; Iulio, Augufto.

Pappus longiffimus piumofus.

809. CARDVVS *nutans* foliis femidecurrentibus fpinofis, floribus cernuis: fquamis calycinis fuperne patentibus. *L. f.* 3. *p.* 675.

Ad *vias*, *pagos* copiofe; Iulio, Augufto.

Pappus pilofus.

810. CARDVVS *acanthoides* foliis decurrentibus finuatis margine fpinofis, calycibus pedunculatis folitariis erectis villofis. *L. f.* 3. *p.* 675.

In nemorofis *der Peifsnitz*, ad *Seben*, ad *Wettin in der Brennau* et alibi frequens; Iulio, Augufto.

Folia femper fere fubtus tomentofa. *Flores* adgregati, breuius pedunculati. *Pappus* pilofus.

811. CARDVVS *crifpus* foliis decurrentibus finuatis: margine fpinofis, floribus adgregatis terminalibus, fquamis calycinis inermibus fubariftatis patulis. *L. f.* 3. *p.* 676.

In *agris*, *cultis*, ad *vias*, *fepes* frequens; Iulio, Augufto.

Pappus pilofus.

812. CARDVVS *paluftris* foliis decurrentibus dentatis: margine fpinofis, floribus racemofis erectis, pedunculis inermibus. *L. f.* 3. *p.* 677.

In

In pratis ſubpaludoſis et nemoroſis ſubudis ad *Canena*, *Gimritz*, *Seben*, *Nietleben*, *Dölau* frequens; aeſtate.

Pappus plumoſus.

813. CARDVVS *defloratus* foliis decurrentibus lanceolatis ſerratis ſubſpinoſo-ciliatis nudis, pedunculis longiſſimis lanuginoſis vnifloris. *L. ſ.* 3. *p.* 680.

In nemoribus montoſis ad *Schmon*, *Rosleben* paſſim; Iulio, Auguſto. 85. [illegible]

Pappus piloſus.

* * *Foliis ſeſſilibus.*

814. CARDVVS *tuberoſus* foliis petiolatis ſubdecurrentibus ſubpinnatifidis ſpinoſis, caule inermi, floribus ſolitariis. *L. ſ.* 3. *p.* 681.

α. Foliis latioribus. *Hall. helv.* 177. α.

β. Foliis profunde inciſis anguſtioribus. *ibid.* β.

In pratis ſubhumidis ad *Canena*, *Nietleben*, *Seben* paſſim; Iulio, Auguſto.

Pappus plumoſus.

815. CARDVVS *marianus* foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 682.

In *cultis*, *ruderatis*, ad *ſepes* rarius; Iulio, Auguſto.

Officin. CARDVI MARIAE Herba, Semina.

Pappus piloſus.

816. CARDVVS *eriophorus* foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globoſis villoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 683.

C. eriocephalus. *Dod. pempt.* 723. *Buxb. hal.* 5.

In montoſis ad *Seben*; Auguſto.

817. CARDVVS *acaulis* calyce glabro. *L. ſ.* 3. *p.* 686.

α. Carlina minor, purpureo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 156.

β. Cirſium floribus acaulis, *var.* γ. cauleſcens. *Hall. helv.* 178.

In pascuis et collibus apricis ad *Giebichenstein* et alibi passim; *β.* in versuris ad *Löbechün* rarius; Iulio, Augusto.

Pappus longissimus, plumosus. *β. caule* semipedali-spithamali vidi.

ONOPORDVM. *L. g.* 1006.

Cal. ventricosus, imbricatus: squamis spinosis. *Recept.* nudum, fauosum. *Papp.* capillaris.

818. ONOPORDVM *Acanthium* calycibus squarrosis: squamis patentibus, foliis ouato-oblongis sinuatis. *L. s.* 3. *p.* 690.

In *ruderatis*, *aggeribus*, ad *vias*, *sepes* passim; Iulio, Augusto.

Officin. ACANTHII VVLGARIS Herba, Semina.

819. ONOPORDVM *illyricum* calycibus squarrosis: squamis inferioribus vncinatis, foliis lanceolatis pinnatifidis. *L. s.* 3. *p.* 691.

Carduus quibusdam dictus Acanthium illyricum, aliis vero Onopordon. *Bauh. hist.* 3. *p.* 55. *Buxb. hal.* 55. *Knauth hal.* 135.

Ad *muros*, *vias*; Iulio, Augusto.

SERRATVLA. *L. g.* 1003.

Cal. subcylindricus, imbricatus: squamis acutiusculis, muticis. *Recept.* setosum (in nostratibus). *Papp.* sessilis.

820. SERRATVLA *tinctoria* foliis lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima *L. s.* 3. *p.* 668.

S. tinctoria I II III. *Tab icon.* 156. 157.

α. Foliis omnibus integris. *Hall. helv.* 163.

β. Fol. inferioribus integris; superioribus incisis. *ibid.*

γ. Foliis omnibus incisis. *ibid.*

In

In *pratis* ſubhumidis, *nemoribus, ſyluaticis* frequens; Iulio, Auguſto.
Pappus piloſus.

821. SERRATVLA *aruenſis* foliis dentatis ſpinoſis. *L. ſ.* 3. *p.* 673.
In *agris*, *aruis*, *paſcuis*, *cultis*, ad *vias* vbique; Iulio, Auguſto.
Pappus plumoſus.

c. *Diſcoidei.*

CHRYSOCOMA. *L. g.* 1019.

Cal. imbricatus. *Styl.* vix floſculis longior. *Recept.* nudum. *Papp.* ſeſſilis piloſus.

822. CHRYSOCOMA *Linoſyris* herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. *L. ſ.* 3. *p.* 726.
α. Linaria folioſo capitulo luteo maior. *Bauh. pin.* 213.
β. L. aurea minor. *Tab. icon.* 825.
In nemoribus *in der Heide*, ad *Gutenberg*, *im Rocken- und Mittelholze* frequens; β. praeſertim ad *Löbechün* paſſim: Auguſto.

EVPATORIVM. *L. g.* 1015.

Cal. oblongus, imbricatus. *Styl.* longiſſimus, ad ſtamina vsque bifidus. *Recept.* nudum. *Papp.* ſeſſilis, piloſus (in noſtro).

823. EVPATORIVM *cannabinum* foliis digitatis. *L. ſ.* 3. *p.* 717.
Ad ripas foſſarum riuulorum piſcinarum circa *Nietleben*, *Seben*, *Gutenberg*, *Bruckdorf* et alibi copioſe; Iulio, Auguſto.
Officin. EVPATORII (MESVES) Herba.
Foliis integris ſaepe in vna eademque planta ludit.

BIDENS. *L. g.* 1012.

Cal. imbricatus. *Cor.* rarius floſculo vno vel

vel pluribus radiantibus. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtis rectis, ſcabris.

824. Bidens *tripartita* foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus rectis. *L. ſ.* 3. *p.* 703.

Ad *foſſas*, *piſcinas*, in *inundatis* copioſe; Iulio, Auguſto.

825. Bidens *cernua* foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis. *L. ſ.* 3. *p.* 704.

α. Cannabinae aquaticae ſimilis, capitulis nutantibus. *Bauh. prodr.* 138.

β. Coreopſis *Bidens* foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus. *Linn. ſyſt.* 3. *p.* 891.

Iisdem locis cum praecedente frequens; Iulio, Auguſto.

Praecedentem numquam floribus radiatis vidi, in hac vero locis diutius inundatis creſcente ſaepe vnus alterue flos radii, etiam totus radius ligulatus; hinc nullum diſcrimen Bidentem *cernuam* inter et Coreopſidem *Bidentem* video, et ambas coniungo. Conf. *Leers herborn.* 635. 676.

Officin. Bidentis Herba, Flores.

POLYGAMIA SVPERFLVA.

a. *Diſcoidei.*

ARTEMISIA. *L. g.* 1025.

Cal. imbricatus: ſquamis rotundatis, conniuentibus. *Cor.* radii nullae. *Recept.* nudum, vel ſubvilloſum. *Papp.* nullus.

* *Procumbentes ante floreſcentiam.*

826. Artemisia *campeſtris* foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. *L. ſ.* 3. *p.* 740.

α. Abro-

α. Abrotanum campeſtre, cauliculis rubentibus. *Tourn. inſt.* 459.

β. A. campeſtre, cauliculis albicantibus. *ibid.*

In *campeſtribus* aridis apricis frequens; in rupibus ad *Giebichenſtein* copioſe: Auguſto, Septembri.

Receptaculum nudum.

827. Artemisia *maritima* foliis multipartitis tomentoſis, racemis cernuis, floſculis femineis ternis. *L. ſ.* 3. *p.* 741.

Abſinthium ſeriphium tenuifolium marinum narbonenſe. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 177.

In verſuris montoſis inter vineas et agros ad *Kelme* paſſim; Auguſto. 86.

Receptaculum nudum.

* * *Erectae herbaceae, foliis compoſitis.*

828. Artemisia *pontica* foliis multipartitis ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. *L. ſ.* 3. *p.* 742.

In apricis aridis montoſis *im Zwinger hinter der Schulkirche*, ad margines *der Heide beym Faſanhauſe*, *am Zorgs*, ad *Kelme*, *Rulsdorf* frequens; Auguſto.

Officin. Absinthii pontici Herba.

829. Artemisia *Abſinthium* foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis: receptaculo villoſo. *L. ſ.* 3. *p.* 743.

In ruderatis aridis *pomoeriorum*, ad *pagos* paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. Absinthii vvlgaris Herba, Flores.

830. Artemisia *vulgaris* foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recuruatis, florum radio quinquefloro. *L. ſ.* 3. *p.* 744.

α. A. vulgaris maior, caule et flore purpuraſcentibus. *Tourn. inſt.* 460.

β. A. vulg. maior, caule ex viridi albicante. *ibid.*

In

In *ruderatis*, *verſuris*, ad *vias*, *ſepes*, *pagos* paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. ARTEMISIAE RVBRAE Herba; ALBAE Herba, Carbones (radices vetuſtae).

TANACETVM. *L. g.* 1024.

Cal. imbricatus, hemiſphaericus: ſquamis acutis. *Cor.* radii obſoletae, trifidae, (ſaepe nullae omnesque hermaphroditae). *Recept.* conuexum, nudum. *Papp.* ſubmarginatus.

831. TANACETVM *vulgare* foliis bipinnatis inciſis ſerratis. *L. ſ.* 3. *p.* 736.

In *aggeribus*, *verſuris*, *marginibus pratorum* ſiccis, *dumetis*, *nemoroſis*, ſalicetis *bey der Schleuſe* paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. TANACETI VVLGARIS Herba, Flores, Semina.

CONYZA. *L. g.* 1030.

Cal. imbricatus, oblongus: ſquamis acutis. *Cor.* radii apetalae, ſubrotundae: *limbo* trifido. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* piloſus.

832. CONYZA *ſquarroſa* foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. *L. ſ.* 3. *p.* 770.

In ſiccis lapidoſis aſperis apricis pomarii cuiusdam ad *Wettin*, *in den Schmoniſchen Bergen*, vineis ad *Freyburg* paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. CONYZAE MAIORIS Herba.

GNAPHALIVM. *L. g.* 1026.

Cal imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis, concauis, ſcarioſis, coloratis. *Recept.*

Recept. nudum. *Papp.* pilofus (in noftratibus).

* *Chryfocomum.*

833. Gnaphalivm *arenarium* herbaceum, foliis lanceolatis: inferioribus obtufis, corymbo compofito, caule fimpliciffimo. *L. f.* 3. *p.* 754.

In campeftribus arenofis *collibus*, ad *vias* frequens; Iunio, Iulio.

Officin. Stoechadis citrinae Flores.

* * *Argyrocomum.*

834. Gnaphalivm *dioicum* farmentis procumbentibus, caule fimpliciffimo, corymbo fimplici terminali, floribus dioicis. *L. f.* 3. *p.* 759.

α. ♂. Floribus breuioribus et elegantioribus. *Hall. helv.* 157. *α.*

β. ♀. Flofculis omnibus femininis, flore ob pappum et tubas longiori. *l. c. β.*

In *collibus* apricis aridis copiofe; Maio, Iunio.

Officin. Gnaphalii Flores.

Variat etiam floribus albis, rofeis, purpureis, variegatis.

* * * *Filaginoidea.*

835. Gnaphalivm *fyluaticum* caule herbaceo fimpliciffimo, floribus fparfis. *L. f.* 3. *p.* 761.

In fyluaticis arenofis *in der Heide* frequens; Iulio, Augufto.

836. Gnaphalivm *vliginofum* caule ramofo diffufo, floribus confertis terminalibus. *L. f.* 3. *p.* 762.

In *inundatis* frequens: Iulio, Augufto.

Pappus pilofus radiis fex.

b. Radiati.

BELLIS. *L. g.* 1042.

Cal. hemifphaericus: foliolis aequalibus. *Recept.* conicum, nudum. *Sem.* obouata. *Papp.* nullus.

837. Bellis *perennis* fcapo nudo. *L. f.* 3. *p.* 838.

In

In *pomariis*, *pascuis*, *pratis*, ad *vias* vbique; Martio, Aprili ètiam sub niue iam floret et toto fere anno.

Officin. BELLIDIS MINORIS Herba, Flores.

MATRICARIA. *L. g.* 1049.

Cal. hemisphaericus, imbricatus: squamis linearibus, subaequalibus. *Recept.* conuexum nudum. *Papp.* nullus.

838. MATRICARIA *Parthenium* foliis compositis planis: foliolis ouatis incisis, pedunculis ramosis. *L. s.* 3. *p.* 852.

In *ruderatis*, *cultis* ad *sepes* passim; Iulio.

Officin. MATRICARIAE Herba, Flores.

Calyx scariosus, vt in Chrysanthemo.

839. MATRICARIA *suaueolens* receptaculis conicis, radiis deflexis, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *L. s.* 3. *p.* 853.

In *ruderatis*, *muris*, ad *pagos* frequens; aestate.

Parum differt a seqnnte, nisi tantummodo *radiis* meridiano sole etiam deflexis, et quod suaueolentior sit. Pro vsu officinali forte praeferenda.

840. MATRICARIA *Chamomilla* receptaculis conicis, radiis patentibus, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *L. s.* 3. *p.* 853.

In *agris* praesertim secalinis, *cultis*, *ruderatis* copiosissime; Iunio, Iulio.

Officin. CHAMOMILLAE NOSTRATIS Herba, Flores.

CHRYSANTHEMVM. *L. g.* 1048.

Cal. hemisphaericus, imbricatus: squamis margine scariosis; intimis in membranam pellucidam terminatis. *Recept.* conuexum, nudum. *Papp.* nullus.

* Leucanthema *radio albo*.

841. CHRYSANTHEMVM *Leucanthemum* foliis amplexicau-

xicaulibus oblongis: superne serratis; inferne dentatis. *L. s.* 3. *p.* 845.

In *pratis* copiose; inter *segetes* passim: Iunio, Iulio.

Officin. BELLIDIS MAIORIS Herba, Flores.

842. CHRYSANTHEMVM *inodorum* foliis pinnatis multifidis, caule ramoso diffuso. *L. s.* 3. *p.* 847.

In *ruderatis*, *cultis*, *agris* frequens; Iulio, Augusto.

843. CHRYSANTHEMVM *corymbosum* foliis pinnatis inciso-serratis, caule multifloro. *L. s.* 3. *p.* 848.

α Tanacetum montanum inodorum, minore flore. *Bauh. pin.* 132.

β. T. inodorum, flore maiore. *ibid.*

In nemoribus montosis *in der Heide*, ad *Seben*, *Gutenberg*, *im Rocken- und Mittelholze*, ad *Löbechün* frequens; Iulio, Augusto.

* * Chrysanthemum *radio luteo*.

844. CHRYSANTHEMVM *segetum* foliis amplexicaulibus; superne laciniatis; inferne dentato-serratis. *L. s.* 3. *p.* 849.

In agris inter segetes *bey der Heide* passim; ad *Benstädt*, *Kelme* frequens: Iulio, Augusto.

ARNICA. *L. g.* 1038.

Cal. imbricatus, radio multo breuior. *Stam.* radii castrata. *Recept.* nudum. *Papp.* etiam radii pilosus.

845. ARNICA *montana* foliis ouatis integris: caulinis gemini oppositis. *L. s.* 3. *p.* 833.

In montosis syluaticis *hinter Bitterfeld* passim; Iunio, Iulio.

In collibus apricis *in der Heide*, vbi *Knauth* quondam legit, nondum vidi, forte pro vsu officinali destructa.

Officin. ARNICAE Radix, Herba, Flores.

INVLA. *L. g.* 1037.

Antherae basi in setas 2 desinentes. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

846. INVLA *britannica* foliis amplexicaulibus lanceolatis diſtinctis ſerratis: ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto villoſo. *L. ſ.* 3. *p.* 824.

Ad ripas *Salae*, in inundatis et ad foſſas pratorum verſus *Paſſendorf* paſſim; in pratis humidis ad *Nietleben* frequens: Iulio.

Serraturae in foliis interdum minimae, vix notabiles.

847. INVLA *dyſenterica* foliis amplexicaulibus cordato-oblongis ſubtomentoſis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *L. ſ.* 3. *p.* 825.

In ſubhumidis et foſſis exſiccatis ad *Diemitz*, *Rideburg*, *Seben* et alibi frequens; Iulio, Auguſto.

848. INVLA *Pulicaria* foliis amplexicaulibus vndulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis: radio breuiſſimo. *L. ſ.* 3. *p.* 826.

Ad vias in *inundatis* copioſe; Iulio, Auguſto.

In *pappo* radios 8-10 vidi, *Leers herborn.* 653. tantum 6 numerauit.

849. INVLA *ſalicina* foliis lanceolatis recuruis ſerrato-ſcabris, ramis angulatis, floribus inferioribus altioribus. *L. ſ.* 3. *p.* 828.

In pratis depreſſis *in den Pulverweiden*, ad *Paſſendorf*, *Gimritz*, nemoroſis ad *Löbechün* (ſaepe caule vnifloro) frequens; Iulio, Auguſto.

850. INVLA *hirta* foliis ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſubſerratis ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, floribus inferioribus altioribus. *L. ſ.* 3. *p.* 828.

In montoſis nemoroſis ad *Seben*, *Dölau*, *im Lindberg*, *Rocken- und Mittelholze* frequens; Iunio.

851. INVLA *germanica* foliis ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſcabris, floribus ſubfaſciculatis. *L. ſ.* 3. *p.* 829.

α. Conyzae affinis germanica. *Bauh. pin.* 266.

β. Radio carens.

In montoſis apricis ante nemus *Sebenſe*, *in der Heide*, *am Zorgs*; β. ad *Beichlitz am Weinberge* frequens: Iulio, Auguſto.

Offi-

Officin. INVLAE GERMANICAE ſ. PALATINAE Herba.

I. *Helenium* ad ſepes et foſſas circa *Nietleben* et alibi olim forte ex cultura ſuperſtes, hodie fruſtra quaerendum, omitto.

In omnibus enumeratis Inulis ſetas antherarum certo certius vidi.

ERIGERON. *L. g.* 1031.

Cal. oblongus cylindricus: ſquamis erectis. *Cor.* radii lineares, anguſtiſſimae. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

852. ERIGERON *canadenſe* caule floribusque paniculatis hirtis, foliis lanceolatis ciliatis. *L. ſ.* 3. *p.* 779.

In *ruderatis*, *muris*, *cultis*, *nemoribus* caeduis vulgatiſſimum; aeſtate.

853. ERIGERON *acre* pedunculis alternis vnifloris. *L. ſ.* 3. *p.* 781.

In apricis ſiccis glareoſis ad rupes verſus *Giebichenſtein* et alibi paſſim; Iulio, Auguſto.

Officin. CONYZAE MINORIS Herba.

SOLIDAGO. *L. g.* 1035.

Cal. imbricatus, conniuens. *Cor.* radii 10 pauciores, remotae. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

854. SOLIDAGO *Virgaurea* caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *L. ſ.* 3. *p.* 817.

In nemoroſis montoſis ad *Seben*, *in der Heide*, ad *Dölau* et alibi frequens; Auguſto.

Officin. VIRGAE AVREAE ſ. CONSOLIDAE SARACENICAE Herba, Flores.

CINERARIA. *L. g.* 1036.

Cal. ſimplex, polyphyllus, aequalis. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

855. Cineraria *paluſtris* floribus corymboſis, foliis lato-lanceolatis dentato-ſinuatis, caule villoſo. *L. ſ.* 3. *p.* 820.

Ad ripas Salae *bey der hohen Brücke* rarius; ad piſcinas prope *Bruckdorf*, *Dieskau* frequens; ad *lacum ſalſum* praeſertim ad *Erdeborn* copioſe: Maio, Iunio.

856. Cineraria *cordifolia* panicula pauciflora, foliis caulinis petiolatis cordatis acute ſerratis glabris, caule angulato. *Linn. ſuppl.* 375.

C. *alpina cordifolia. L. ſ.* 3. *p.* 820. *α.*

In nemoribus montoſis *in den Schmoniſchen Bergen* paſſim; Auguſto.

SENECIO. *L. g.* 1033.

Cal. calyculatus, cylindricus: ſquamis apice ſphacelatis. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

* *Floribus floſculoſis.*

857. Senecio *vulgaris* corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. *L. ſ.* 3. *p.* 789.

In *cultis*, *hortis*, *ruderatis*, ad *muros*, *ſepes* vbique; a primo vere ad hyemem vſque.

Officin. Senecionis Herba.

* * *Floribus radiatis: radio reuoluto.*

858. Senecio *viſcoſus* corollis reuolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. *L. ſ.* 3. *p* 791.

In *ruderatis*, *cultis*, *muris*, ad *pagos* frequens; Iulio, Auguſto.

859. Senecio *ſyluaticus* corollis reuolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. *L. ſ.* 3. *p.* 792.

In rupibus ad *Cröllwitz*, in nemoribus praeſertim caeduis *in der Heide*, ad *Dölau*, *im Zorgs* paſſim; Iulio, Auguſto.

*** *Flo-*

* * * *Floribus radiatis: radio patente.*

860. Senecio *alpinus* corollis radiantibus, foliis cordatis lyratis groſſe ſerratis, petiolis auritis. *Linn. ſuppl.* 371.

α. Cineraria *alpina integrifolia.* L. *ſ.* 3. *p.* 820. γ. Solidago foliis lanceolatis ſeſſilibus integris denticulatis, floribus vmbellatis, inuolucro ſetaceo. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 154 *t.* 71.

β. Cineraria *alpina helenitis.* L. *ſ.* 3. *p.* 821. δ. Conyza helenitis mellita incana. *Lob. icon.* 347.

α. In nemoribus montoſis *in der Heide* rariſſime; ad *Gröſt*, *Freyburg* paſſim: β. in aquoſis ad piſcinas prope *Dieskau* paſſim; Maio, Iunio.

861. Senecio *erucaefolius* corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *L. ſ.* 3. *p.* 794.

In pratis ad *Gimritz*, *Cröllwitz*, *Wörmlitz*, *Beichlitz* frequens; Auguſto.

862. Senecio *Jacobaea* corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. *L. ſ.* 3. *p.* 796.

α S. Jacobi herba. *Fuchſ. hiſt.* 742.

β. Jacobaea Barbareae inſtar laciniata. *Löſ. pruſſ.* 129. *t.* 35.

α. In pratis nemoroſis editioribus ad *Seben*, *in der Heide* et alibi paſſim; β. in *humidiuſculis* rarius: Iulio, Auguſto.

Officin. Jacobaeae Herba, Flores.

* * * * *Floribus radiatis: radio patente. Foliis indiuiſis.*

863. Senecio *paludoſus* corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubuilloſis, caule ſtricto. *L. ſ.* 3. *p.* 797.

Jacobaea paluſtris altiſſima, foliis ſerratis. *Tourn. inſt.* 485. *Rupp. ien.* 177.

In pratis paludoſis *bey dem Dreyerhauſe;* Iunio, Iulio.

864. SENECIO *nemorensis* corollis radiantibus octonis, foliis lanceolatis biserratis subtus villosis, caule ramoso. *L. s.* 3. *p.* 798.

In nemoribus montosis *in der Heide*, ad *Dölau*, *Lisskau* rarius; *im Zorgs*, ad *Lodersleben*, *Schmon* passim: Iunio, Iulio.

Corollae radii 5 - 13.

865. SENECIO *saracenicus* corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis serratis glabriusculis. *L. s.* 3. *p.* 798.

In nemoribus ad *Wörmlitz im Görz*, *in der Heide*, ad *Seben*, *Gutenberg* passim; Iulio, Augusto.

TVSSILAGO. *L. g.* 1032.

Calyc. squamae aequales, discum aequantes, submembranaceae. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

866. TVSSILAGO *Farfara* scapo imbricato vnifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis. *L. s.* 3. *p.* 786.

Ad fossas riuulos et in solo agris humentibus praesertim argilloso ad *Seben*, *Nietleben*, *Benstädt* et alibi copiose; Martio, Aprili.

Officin. TVSSILAGINIS s. FARFARAE Radix, Herba, Flores.

867. TVSSILAGO *hybrida* thyrso oblongo, flosculis femineis nudis plurimis. *L. s.* 3. *p.* 787.

In fossa prope fontem medicatum ad *Lauchstädt*, in pratis humidis ad *Ophausen* frequens; Aprili.

868. TVSSILAGO *Petasites* thyrso ouato, flosculis femineis nudis paucis. *L. s.* 3. *p.* 787.

In fossa *pomoerii* inferioris *orphanotrophaei*, in fossis et riuulis ad *Teicha in der Götsche*, *Räthern*, *Canena* frequens; ad *Gröbzig* copiosissime: Aprili.

Officin. PETASITIDIS Radix, Flores.

Pappus in omnibus hisce sessilis.

ASTER.

ASTER. *L. g.* 1034.

Cal. imbricatus: *ſquamis* inferioribus patulis. *Cor.* radii 10 plures. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus.

* *Herbacei integrifolii, pedunculis nudis.*

869. Aster *Tripolium* foliis lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, floribus corymboſis. *L. ſ.* 3. *p.* 805.

Ad ripas Salae *bey der hohen Brücke* paſſim; *in der Klinke auf dem Wege nach Wettin*, ad piſcinas prope *Dieskau* frequens; *an der Salzke*, ad *Lacum ſalſum* copioſe; Iulio, Auguſto.

870. Aster *Amellus* foliis lanceolatis obtuſis ſcabris trineruiis integris, pedunculis nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *L. ſ.* 3. *p.* 805.

In montoſis aſperis *in den Schmonſchen Bergen* paſſim; Auguſto, Septembri.

* * *Herbaceus integrifolius, pedunculis ſquamoſis.*

871. Aster *acris* foliis lanceolato-linearibus ſtrictis integerrimis planis, floribus corymboſis faſtigiatis, pedunculis folioſis. *L. ſ.* 3. *p.* 808.

In montoſis apricis ad *Benſtädt auf dem Vogelsberge* frequens; Auguſto. 87.

ANTHEMIS. *L. g.* 1052.

Cal. hemiſphaericus: ſquamis ſubaequalibus. *Cor.* radii 5 plures. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

* *Radio diſcolore, ſeu albo.*

872. Anthemis *aruenſis* receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *L. ſ.* 3. *p.* 862.

In *agris*, *aruis*, *cultis*, ad *vias* copiofe; aeftate.
Paleae lanceolatae, carinatae, acuminatae. Odor faepe debilis chamomillae.

873. Anthemis *Cotula* receptaculis conicis, paleis fetaceis, feminibus nudis. *L. f.* 3. *p.* 863.
In *ruderatis*, ad *pagos* rarius; Iunio, Iulio.
Officin. Cotvlae f. Chamomillae foetidae Herba, Flores.

* * *Radio concolore, feu luteo.*

874. Anthemis *tinctoria* foliis bipinnatis ferratis fubtus tomentofis, caule corymbofo. *L. f.* 3. *p.* 865.
In ficcis apricis *im Zwinger hinter der Schulkirche*, *muris*, *vineis* paffim; inter fegetes aeftiuas ad *Brachwitz*, *Dölau*, *Benftädt* frequens: Iulio, Augufto.

ACHILLEA. *L. g.* 1053.

Cal. ouatus, imbricatus. *Cor.* radii 5-10. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

875. Achillea *Ptarmica* foliis lanceolatis acuminatis argute ferratis. *L. f.* 3. *p.* 869.
In pratis ad *Paffendorf*, *Liebenau*, *in der Heide* frequens; Iunio, Iulio.
Officin. Ptarmicae Radix, Herba, Flores.
Corollae radii 10, rarius ad 13.

876. Achillea *Millefolium* foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus fuperne fulcatis. *L. f.* 3. *p.* 871.
α. Millefolium vulgare album. *Bauh. pin.* 140.
β. M. purpureum. *Tab. hift.* 374.
In *pratis*, *pafcuis*, *verfuris*, ad *vias*, *aggeres* vbique; β. rarius: aeftate.
Officin. Millefolii Herba, Flores.
Corollae radii 5.

877. Achillea *nobilis* foliis bipinnatis: inferioribus nudis planis; fuperioribus obtufis tomentofis

fis, corymbis conuexis confertiffimis. *L. ſ.* 3. *p.* 871.

In aridis apricis *muris vrbis*, aruis arenofis ad *Montem ſerenum* copiofe; ad *vias* circa agros arenofos, in montofis ad *Dölau*, *Gutenberg* et alibi paffim: aeftate.

Corollae radii 5, bifido-cordatae.

878. ACHILLEA *odorata* foliis bipinnatis oualibus nudiufculis, corymbis faftigiatis confertis. *L. ſ.* 3. *p.* 872.

In editioribus afperis duris apricis ad *Giebichenſtein*, *Seben*, *Wettin* et alibi frequens; aeftate. 88.

Haec fpecies pro vfu officinali A. *Millefolio* praeferenda.

Corollae radii 5.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

CENTAVREA. *L. g.* 1066.

Cor. radii longiores, infundibuliformes, irregulares. *Recept.* fetofum. *Papp.* pilofus.

* Cyani *calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.*

879. CENTAVREA *phrygia* calycibus recuruato-plumofis, foliis indiuifis oblongis fcabris. *L. ſ.* 3. *p.* 898.

In nemufculo *dem Friedrichsholze* ad *Zerbſt* copiofe; Iulio, Augufto.

880. CENTAVREA *montana* calycibus ferratis, foliis lanceolatis decurrentibus, caule fimpliciffimo. *L. ſ.* 3. *p.* 900.

In nemoribus montofis *den Schmoniſchen Bergen* inter vepreta paffim; Iunio. 89.

881. CENTAVREA *Cyanus* calycibus ferratis, foliis li-

nearibus integerrimis: infimis dentatis. *L. f.* 3. *p.* 901.

In agris *inter ſegetes* vbique; Iunio, Iulio.

Officin. *Cyani* Flores.

Variat rarius *corolla* alba, carnea, purpurea.

882. Centavrea *paniculata* calycibus ciliatis: ſquamis planis, foliis bipinnatifidis; rameis pinnatifidis linearibus, caule paniculato. *L. f.* 3. *p.* 901.

In aridis apricis *muris, collibus, verſuris*, ad *vias* vulgaris; Iunio, Iulio.

883. Centavrea *Scabioſa* calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *L. f.* 3. *p.* 904.

In pratis ſiccioribus praeſertim nemoroſis *in der Heide*, ad *Seben*, *im Rocken- und Mittelholze* paſſim; Iunio, Julio.

* * Rhapontica *calycinis ſquamis aridis ſcarioſis.*

884. Centavrea *Jacea* calycibus ſcarioſis laceris, foliis lanceolatis: radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. *L. f.* 3. *p.* 906.

α. Jacea nigra pratenſis latifolia. *Bauh. pin.* 271.

β. J. nigra anguſtifolia, vel Lithoſpermi aruenſis foliis. *ibid. ejusd. prodr.* 127.

In *pratis, nemoroſis* vulgatiſſima; Iulio, Auguſto.

885. Centavrea *alba* calycibus ſcarioſis integris mucronatis, foliis pinnato-dentatis: caulinis linearibus baſi dentatis. *L. f.* 3. *p.* 907.

Jacea calyculis argenteis, minor. *Tourn. inſt.* 444. *Buxb. Hal.* 165.

Stoebe calyculis argenteis, minor. *Bauh. pin.* 273. *Knauth. hal.* 133.

In montoſis aridis *in der Heide*, ad *Seben*, *im Rockenholze*; Iunio, Iulio.

886. Centavrea *ſplendens* calycibus ſcarioſis obtuſis, foliis radicalibus bipinnatifidis; caulinis pinnatis; dentibus lanceolatis. *L. f.* 3. *p.* 907.

Jacea calyculis argenteis maior. *Tourn. inſt.* 444. *Buxb. hal.* 165.

Stoebe

Stoebe calyculis argenteis. *Bauh. pin.* 273. *Knauth hal.* 133.

Iisdem *cum praecedente* locis et tempore.

* * * Calcitrapae *calycinis ſpinis compoſitis.*

887. Centavrea *Calcitrapa* calycibus ſubduplicato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis pinnatifidis linearibus dentatis, caule piloſo. *L. ſ.* 3. *p.* 912.

Ad *vias*, *pagos*, in *paſcuis* vulgaris; Iulio, Auguſto.

Officin. Calcitrappae ſ. Cardvi stellati Radix, Herba.

888. Centavrea *ſicula* calycibus ciliato-ſpinoſis, foliis decurrentibus lyratis inermibus incanis, capitulis terminalibus. *L. ſ.* 3. *p.* 914.

In verſuris et marginibus agrorum ad *Giebichenſtein* rarius; Iulio, Auguſto. 90.

POLYGAMIA NECESSARIA.

FILAGO. *L. g.* 1079.

Cal. imbricatus. *Floſc. fem.* inter ſquamas calycis. *Recept.* nudum. *Papp.* (in noſtratibus) piloſus.

889. Filago *germanica* panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirſutis, foliis acutis. *L. ſ.* 3. *p.* 939.

In *aruis* arenoſis, ſterilibus ſiccis *in der Heide* paſſim; ad *Wettin auf dem Schweizerling* frequens: aeſtate.

Semina floſculorum femineorum exteriorum pappo deſtituta.

890. Filago *montana* caule ſubdichotomo erecto, floribus conicis terminalibus axillaribusque. *L. ſ.* 3. *p.* 940.

In agris ſabuloſis et montoſis aridis *am Zorgs* frequens; Iulio, Auguſto.

891. Filago *aruensis* caule paniculato, floribus conicis lateralibus. *L. s.* 3. *p.* 940.

In *aruis* sabulosis, *campis* aridis copiosissime; Iulio, Augusto.

Semina flosculorum centralium hermaphroditorum abortientium pappo destituta.

CALENDVLA. *L. g.* 1073.

Cal. simplex, polyphyllus: *segmentis* subaequalibus. *Recept.* nudum. *Papp.* o.

892. Calendvla *aruensis* seminibus cymbiformibus muricatis incuruatis: extimis erectis protensis. *L. s.* 3. *p.* 923.

In agris *inter segetes* passim; aestate. 91.

893. Calendvla *officinalis* seminibus cymbiformibus muricatis incuruatis omnibus. *L. s.* 3. *p.* 924.

In *cultis* oleraceis, *hortis* passim; aestate.

Officin. Calendvlae Herba, Flores, Semina.

MONOGAMIA.

JASIONE. *L. g.* 1090.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* 5-fidus, superus, persistens. *Cor.* 5-petalae regulares. *Caps.* biloculares, polyspermae.

894. Jasione *montana.* *L. s.* 3. *p.* 953.

In montosis siccis aridis ad *Cröllwitz*, *in der Heide* et alibi frequens; aestate.

Variat rarius corollis albis.

VIOLA. *L. g.* 1092.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, postice cornuta. *Caps.* supera, 3-ualuis, 1-locularis.

* *Acau-*

* *Acaules.*

895. VIOLA *hirta* acaulis foliis cordatis piloſo - hiſpidis. *L. ſ.* 3. *p.* 963.

In nemoribus et dumetis vmbroſis *in der Heide*, ad *Seben*, *Gutenberg* copioſe; Aprili, Maio.

Bracteae infra medium pedunculi.

896. VIOLA *paluſtris* acaulis, foliis reniformibus. *L. ſ.* 3. *p.* 963.

In paludoſis muſcoſis Sphagno repletis *zwiſchen der Heide und Lölau*, ad *Nietleben* copioſe; Aprili, Maio.

Bracteae ſupra medium pedunculi.

897. VIOLA *odorata* acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *L. ſ.* 3. *p.* 964.

α. V. martia purpurea, flore ſimplici odoro. *Bauh. pin.* 199.

β V. martia alba. *ibid.*

γ. Corolla roſea.

